

~~Pfl zu~~

~~Fb. 965 d~~

~~Bo~~

diese

Ausg. 00

no.





# ETHICA PHILOSOPHICA

SCRIPSIT ACROAMATICE  
ALEXANDER GOTTLIEB  
BAVMGARTEN  
PROFESSOR PHILOSOPHIAE.



EDITIO TERTIA.

HALAE MAGDEBURGICAE.

IMPENSIS CARL. HERM. HEMMERDE.

1763.

ETHICA  
LOGOPHICA


ANNALES ETATIOL  
LOGOPHICAE

BALMAGATEIN

ANNALES ETATIOL

EDITION FERIA

EDITION CAROL HERKELIANA



## AUDITORI BENEVOLO.

Habes igitur et hoc, quicquid est  
foliorum, tuis praesertim vni-  
bus destinatum, forsitan ultimum.  
Quum enim animum ad has, quas  
vides, paginas conscribendas appellerem  
nondum certior eram redditus, electum  
esse me, qui prodirem ex patentioribus  
Fridricianaे campis in minus theatrum,  
bellum illud tamen, et homini, quantu-  
lus ipse sum, perquam amplum, Viadri-  
num. Anno praeterito quod obtuleram  
TIBI nullo munuscum cultu meraphy.  
sicum

## PRAEFATIO.

ficum ea fronte susceperas, ea sedulitate  
TUOS in usus converteras ad postremam  
acroasium mearum halensium horam,  
maxime licet incommodam, quae non  
gratias solum referre posceret, sed et spem  
faceret fore, ut non omnino negligas fra-  
terculum illius libelli sermonum nonnihil  
socraticorum propinan tem. Nec me fe-  
fellit ad hunc usque diem opinio. Prae-  
tulisti has spinas, quas aliqui nominant,  
sed quae radices agant, non sine rosis, mo-  
do succus ne subducatur, hinc inde de-  
cerptis et male consutis flosculis, quorum  
colori non nimium credidisti, secundum  
illud :

*Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Num in posterum sit mihi cantandum, quod  
 tanto dissuadet opere Cicero: non puta-  
ram : tempus docebit. Interim patere,  
tribus T E verbis eorum commonefieri,  
quae curatius ad limen ethicarum mearum  
institutionum expedire soleo. Practicam  
vniuersalem, quam aiunt, philosophiam  
coniungere mihi moris est cum iure natu-  
rae, cui praemittitur, et post has demum  
enucleatas scientias, si fieri potest, ethicis  
vacare suadeo. \* Hinc quae practica phi-  
losophia

\* Confer, sis, programma de ordine in audiendis  
philosophicis per triennium academicum §.  
praesertim 16. 17, 22, 23.

## PRAEFATIO.

losophorum generalis et ius naturae satis diducendi praebet occasionem, hic scribendo non repetii, viua voce, quando videtur opus, facile revocanda in memoriam et inferenda denuo reiectis in liberiorum sermonem illustrationibus. Triplex officiorum genus, cum suis quodlibet virtutibus, quod ethicae considerationis esse norunt, qui ius naturae iustis limitibus ab hac nunc nostra doctrina distinguere didicerunt, proposui parte generali. Principium primum, ut decet, restrictum et intellectum, acceptum illustri Wolfio fero, cui quantum in philosophando debeam, et haec qualia mea cumque declarabunt, et utinam luculentioribus animi grati signis testari liceret! Quae deo praestanda sunt, praemisi reliquis, non tam ob excellentiam perfectissimi, quis enim ignorat, praestantissima quaevis non raro tamen agmen claudere? quam quia reliquarum obligationum augustissima vincula continent. Deo suum tribuens, in omnibus etiam aliis cum coniuicione pro probandis bene beatique viuendi regulis utilem hanc pietatem experietur. Non equidem is sum, qui nesciat, de diuinis etiam vera dicere tam esse pericolosum, ut nec defuerint publicis scriptis affluerantes, philosophum illico se deridendum praebere, quam primum

## PRAEFATIO.

Sacra tangat, et religionis exercendae mentionem iniiciat: malo tamen immeritus fannis obiici leuiculorum, vel meticuloſorum subire terriculamenta, si qua sunt, alia, quam officio deesse cum ratione grauiſſima quaevis infulse perſtingentium insaniens. Hinc in iis confirmandis plurimus fui, quae plerisque videntur non ſolum a nobis non poſci per rationem ſibi ſoli relictam, ſed a quibus etiam haec retrahere, quaeque ferio diſuadere iudicatur, nihilo tamen ſe- cius ad virtutem neceſſaria. Iucundissimus mihi ſemper cognitionis ſi quid eſt in me philosophicae, fructus eiusdem ille fuit, per- ſpicere, quicquid onerosius aut moleſtius in angusto bonae mentis tramite horrent deli- catuli, quod iniungitur tamen in ſacris no- stri ſoſpitoris oraculis, illud omne, non caeco quodam arbitrio ſtabilitum, multo mi- nus, ut male ſit viris bonis, excogitatum eſſe, ſed tam arcte cum vita vere beata cohaere- re, tam pulcris inſinuari ſaluti noſtræ nexi- buſ, ut fatis etiam infirma ratio, qualis eſt hominum, quanta quanta ſit, poſſit tamen mirabilem eorum concatenationem pene- trans hoc lubentius in indulgentiſſimi patris voluntate conqüescere. Quam ob rationem, licet tacitum plerumque, tamen amarius eſt mihi cordolium, ubi video, probos etiam vi- ros, a quibus tamen accūratiōr eſſet exspe- ctan-

## PRAEFATIO.

Etanda rerum ponderatio, philosophiae motu  
rum sese opponere propter hanc caussam,  
quia fouere credunt eum errorem, quem a  
Pelagio dicunt, quantum sanctissimum nu-  
men a nobis religionem postular, tantam  
corruptae naturae viribus esse praestandam,  
ad hanc se manu quasi ducturos omnino per  
suas demonstrationes vnicē polliceri philo-  
sophos, ad hanc eos sine fide se peruenturos  
gloriari. Non permittunt huius praefatio-  
nis angustiae rem distinctius declarare. Ten-  
tabo suppeditare responcionem ex notiori-  
bus forsan per similitudinem. Fac in theo-  
logia, quam reuelatam nuncupamus, docuis-  
se non neminem grauissima capita legis, qua  
distinguitur ab euangelio, sensum illius,  
quem spiritualem appellant, inculcasse pree-  
cipue, totumque decem verborum ambitum  
satis vbertim absoluisse, satis rigide : fac ei-  
dem, dum est in procinctu, quo transeat ad  
euangelii vires largientis interpretationem,  
obnici, quae philosophis vitio verti supra no-  
taui; quid regesturum eum opinaris, aut quid  
ipse caussam ipsius suscepturnus regereret?  
Ne tandem discepcionibus circa vocabula  
loquendique modos fenestrā aperire vide-  
ar, vbi nonnulla fallacis in morum doctrinae  
legibus lego, quae verissima crederet aliquis  
temere, meo iure rogare posse censeo, ut  
animaduerratur, quam ipse legem reiectae

( 4 )


sub-

## PRAEFATIO.

substituerim, et tunc, ne tam quaeratur, an improbata possit etiam sic intelligi, equuleis hermeneuticis subiecta, de quo non putauerim, quam hoc, an ita soleat intelligi, an concipi commodius non possit, sicut ipsam expressi. Partem alteram adieci post generalem quaedam speciarum monentem, neutiquam exhausturus materias, quas attigi, quarumque singulae facile librum hoc maiorem replerent, sed ut satis et hic facherem personae, quam semper TECUM, AUDITOR BENEVOLE, lubens sustinui, scilicet hominis ostendentis potius, ut decet, quae discenda, quae cogitanda, quae magis euoluenda sint, quam omnia se docturum promittentis, demonstrantis potius, quantum sit, quod nesciamus, quam se iactantis in aula veritatis, de qua dicere possit: hanc scio. Informationem tantum, forte rudiorem, et filuam aliquam exhibere volui, qua declarare, quasi per exemplum, possem, quomodo superiora vitae virtutisque praecepta deduci possint in inferiora, tandemque felicius ad singulares cuiusuis hominis indigentias applicari. Quicquid humani passus in vtraque parte sum sine dubio, BENEVOLUS AUDITOR, qui simul spectator illius rerum mearum incertitudinis fuit, in qua per hanc

## PRAEFATIO.

hanc hiemem fluctuavi, hoc facilius excusabit. Si quid enim illa mali pone se traxit, id sane boni mihi tulit, ut doceret experimentis non ita paucis, vtique posse a liquid ad laetiorem sedatioremque mentis habitum, quae scribebam, rationis dictamina, si non speculamur, sed sequimur duce prouidentia. Cuius ita mihi semper rebusque meis omnibus propria faueat benignitas, ut in primariis diuinitus acceptis beneficiis numquam non habebo perexiguis meis viribus inservire tamen nonnihil potuisse VOBIS, AUDITORES HALENSES, qui me non audistis solum, sed etiam amastis, non amastis solum, sed etiam discedere doluistis: ut ex tenerrimo animi affectu prospera VOBIS quaevis comprecatus absens, vbi legetis haec, absentibus longum singulis dico: Vale. Dabam in Fridriciana sarcinas colligens mense Aprili MDCCXXX.



PRAEFATIO NOVA.

Decennium, magnam humanae vi-  
tae portionem, exegi, ex quo  
libellum hunc primum edidi.  
Quemadmodum per hoc tempo-  
ris interuallam consiliis in eodem exhibitis vñ  
sunt alii non ita pauci tum ad mentem suam  
et mores ex veri sincerique, seuerioris illius,  
at lactioris simul, regula componendos, tum  
ad illa, quae concisius et tribus veluti verbis  
exprimit, differendo scribendoque diducenda  
pluribus et euoluenda, incundioribusque rerum  
maxime commendabilium picturis ac imaginis  
exornanda, quibus et habere gratias et pu-  
blice nunc agere meum puto: sic etiam mihi  
ipſi partim rerum mearum conditiones, vita-  
que, quam moralem appellamus, decursus oc-  
casionem paene quotidiam obtulit, quae scri-  
pferam, cum veritate vitae conferendi; partim  
promenda coram, ex ratione muneris mei, be-  
ne beateque uiuendi praecepta, quoniam iis-  
dem has positiones interpretabor saepius, tingu-  
las earum sententias iterum iterumque exami-  
nandi velut aliquam necessitatem imposuerunt.  
In rebus tamen a me prolatis, quum ad alteram  
liniam nouae huius editionis accederem, par-  
ciora

## PRAEFATIO NOVA.

ciora reperi curis posterioribus immutanda,  
quam ipse propter allatas rationes existimatsem.  
Eloquenti rationem in venustius aliquid et ele-  
ganter rotundius vertere forsan elaborassem, nisi  
mihi coniunctus adhuc viderer in eiusmodi bre-  
uiariis, in quibus accurata distinctio nexusque  
rationi manifestissimus intendendus est tantum  
non vnicē, a breuitate intellectualique perspi-  
cuitate recedere vel latum vnguem, ornatus  
caussā, non esse licitum. Liceat enim de scri-  
bendi ratione, quam philosophicam dicunt, meam  
et heic iterum exponere sententiam, non tam ut  
defendar contra censores vitio creatos, quam ne  
condemner etiam apud aequos fatis et gnoros  
rerum viros indicta caussā. Philosophica tra-  
duntur vel ita, ut rerum et materiarum, conclu-  
sionum potissimum, et praecipuarum quaestio-  
num quomodocunque percipiendarum, maxi-  
mam rationem habeas; vel ita, ut materias et  
res ipsas nunc historice, nunc cum aliqua verisimili-  
tudine, protulisse non satagas, verum accu-  
rationis, distinctionis conuictionisque, quanto-  
rum bonorum! gratia formam et omnem  
meditationis ordinem eo componas, quo facili-  
us intellectus et ratio, paucissimis sensuum, ra-  
tionis analogi, imaginationisque confusioribus  
vmbbris interturbati, possint princeps et vniuersum  
scientiae verum in luce distinctionis comple-  
taeque certitudinis velut meridiana contueri.  
Priorēm solum equidem lubenter aestheticōphilo-  
sophicum, posteriorem logicophilosophicum  
dice-

## PRAEFATIO NOVA.

dicerem, nisi hic ultimus iam scientifici nomen haberet, et a quantitatum doctoribus eum iam dudum strenue colentibus, mathematicus eadem synecdoche dici posset, qua methodus accuratio in scientiis appellatur mathematica. Philosophis a schola dictis grauiter succenso, qui priorem eloquendi tractandique philosophica rationem omnino neglexerunt, et tunc etiam quando elegantias cognitionum, ordinis, aut dictioris omnes eiurasse videbantur, meras tamen fides et nullum vel peregrinum intellectus et rationis nutrimentum per inanes suas argutaciones exhibuerunt. Illis ex animi sententia plando, qui materias et res utilissimas ad philosophiam spectantes populari magis et cogitandi et flectendi et eloquendi modo sic norunt exponere, quoduis ut ingenium mediocre satis eas pulcre possit suas facere. vitaque felicis usibus applicare. Vnum est, quod dolerem, si haec arridens et iocosa paene dixerim philosophandi ratio superstes una restaret ac sola temporibus nostris, quibus vix ad seueriorem accuratioris scientiae disciplinam philosophari coepimus. Si quid est in me, non dicam indicii, sed dicam quod impudentius videatur, experientiae, falluntur, et oppido falluntur optimi viri, qui, si quid excogitatum ab aliis et scientifice conscriptum, accurata rationis intensione bis terque perspissum a se, nunc eloquentiae peplo valent inuolnere, et amicire bellissimis amplificationibus, ideo sibi fingunt idem illud verum aequre bene, aequre certo, aequre distincte concipi posse per rationem,

## PRAEFATIO NOVA.

nem, quae id ex ipsorum amoēnis profecto amba-  
gibus et ornatissimis circumloquutionibus discere  
primum et qua licet hominibus, in pura luce no-  
num sibi contemplari debeat. Distinguamus po-  
tius nos, qui plebem dudum contempsimus nunc se-  
venditatem philosopham, eos casus, vbi vel pri-  
mum aliquid eruendum ex incertioribus et in  
confusione fluentibus est intra mentem et eue-  
hendum ad evidentiam scientiis philosophicis di-  
gnam, vel nouus aliquis ciuis reipublicae scientia-  
rum primum admittendus est velut intra syndo-  
nem, et intimis in distincta nexuum perspicien-  
tia mysteriis initiandus, ab illis, vbi neque nona  
reperire neque philosophos ex genuina formula  
mens est effingere, sed dudum inuentis, dudum  
demonstratis sic vti, ne scholae tantum, sed etiam  
vitae, ne musis solum, sed et sacris, foro, toti, ma-  
gnificentius loquor, orbi philosophati videamur.  
In primis occasionibus siccum illud et sincerum  
cogitandi scribendique genus, quod hi spinosum  
alii barbarum nuncpant, ita sequendum esse in-  
dico, vt maioris intelligentiae rationem apud eos,  
quorum causa potissimum scribis, vnicē habeas;  
huius certe perfectionis regulam ita fortissimam  
censeas, vt a reliquis puritatis, quam aiunt, orna-  
tus, numeri, aliisque stili legibus, quoties cum illa  
prima collidant, excipiatur sine trepidatione, dum  
linguam intellectus et rationis, non latinam, non  
romanam, non vernaculam loqueris. In occasio-  
nibus autem, quas secundo loco collocaueram,  
omnia sese possunt aliter habere, de quibus ac-

ſtheſ

## PRAEFATIO NOVA.

philistica. Si qua vero scripta sint vñquam ad priorem philosophicae dictioñis classem referenda, putarim eo pertinere libros acroamaticos. Non noua, sed antiquissima forsan ex significatione libros acroamaticos nomino, qui scribuntur eo fine primario, ut ad eorundem ductum seuerioris alicuius scientiae candidati prima huius principia, primas quidem lineas, sed ea, quae scientiam vere talem deceat, euidentia per vnicam voceim et liberiorem commentantis sermone rem uberiori, viuidius, utiliusque doceantur. Quamquam is non sum, qui nesciat, quanto in contemptu sint apud multos eruditorum *in usum auditorii* quae se scripta, veluti per excusationem aliquam, iam satentur in ipso titulo *compendia*, quot querelas stupenda eorum multitudo multis exprimat: tamen et libellorum vere acroamaticorum et ingente m penuriam cum paucioribus, sed aquis rerum arbitris aestumarim, et laude sane non priuandum, si quis horum exiguum numerum complendi desiderio laborem oppido magnum non reformidarat. Liber eiusmodi nunquam recte completum et suis numeris iam omnibus absolutum opus est, sed tunc demum perfectam unitatem nanciscitur, quando viua vox et sermo commentantis in eundem liberior accesserit. Ex hac neglecta lege plerique, quae dicturi sunt, scribunt, quaeque scripsierunt, vel dicunt iterum, vel vertunt, non sine fortuita periphrasi, non sine digressionibus. Quando scribunt perfunctorie, habent excusationem, haec curatius in praelectionibus expositum iri.

Quan-

## PRAEFATIO NOVA.


Quando peius adhuc commentantur in scripta,  
promptam habes excusationem denuo, haec omnia  
iam exactius in libro typis expressa esse. Mihi  
videtur in componendis eiusmodi libellis magis  
cogitandum esse, quid omittendum in praesens  
tempus sit, et dissertationibus coram instituen-  
dis relinquendum, quam ut modicam libri mo-  
lem seruans quicquid tamen in mentem primò  
veniat, in chartain coniiciatur. Iam autem ne-  
minem arbitror negaturum esse vere philoso-  
phum accuratas et ad genuinam logicam exactas  
definitiones, et ex his euidenti forma deductas  
sine saltibus illegitimis consequitiones illud esse  
per scientias, cum iudiciis intuitivis a vitio sub-  
reptionis gnauiter purgatis, quod et primari-  
um est, et non, nisi crebrius mente conceptum,  
saepius meditando exploratum, completam pa-  
riat certitudinem. Hinc meo me iure collige-  
re posse videor, in his potissimum exasciandis  
totum esse debere librum acromaticum, et eo-  
rum maiorem lucem diuersis ex illustrationibus  
hauriendam seruare sermonibus scripta non ita  
multo post interpretaturis. Verum obiicis, tunc  
aliqua laboraturos eiusmodi liberos obscuritate.  
Tuumne bone vir, dictum hoc est? vetus cre-  
didi. Nescis, quoties Aristoteles perstringatur,  
litteris ad Alexandrum M. acromaticorum suo-  
rum hanc obscuritatem bona fide prae se ferens?  
Nisi mores quorundam obsisterent, satis lepi-  
dum iudicaremus caput si quem ita nobis singe-  
remus sermocinantem: „Librum vobis expo-

, nam,

## PRAEFATIO NOVA.

„ nam , commilitones aestumatissimi , perspi-  
„ cuum adeo , sic omnes ad nostram scienti-  
„ am pertinentes res ob oculos ponentem cla-  
„ rissime , ut nodus in scirpo quaereretur , si  
„ quid vel primo cuiquam aspectu nondum  
„ sibi satis pernium videretur . Quoniam au-  
„ tem erectionis estis ingenii , singularisque di-  
„ ligentiae , strenui adeste per sex menses unam .  
„ horam quotidie , nec desit attentio , nec ne-  
„ gligatur praeparatio , repetitioni certe vacare  
„ vel maxime precor atque obtestor . Nec ego  
„ meis partibus deero . Qua decet , fide atque  
„ industria , probe prae meditatus semper acce-  
„ dam , et sermonibus , quibus potero , utilis-  
„ simis operam dabo , ut res in hoc libro con-  
„ tentas finita tandem acroasi satis intelligere  
„ vobis met ipsi videamini . „ Librum acroama-  
„ ticum veri nominis recte non omnem intelli-  
„ git , in ea scientia , quam liber promittit , omni-  
„ no rudis , ideo scriptum , vt eiusmodi ingenii  
„ per viuam vocem explicetur . In eadem scien-  
„ tia satis versatus librum eiusmodi tunc omnem  
„ intelligit , si satis otii sibi sumat perpendendis  
„ breuius dictis et in memoriam renocandis , quae  
„ forsan iam aliqua satis obliterauerat obliuio .  
„ Cordatis enim eiusmodi curarum scriptoribus  
„ non est animus nugari circa corticem et scientia-  
„ rum superficiem , sed fundamentorum et api-  
„ cum calculos probe subducere . Scribebam Tra-  
„ jecti cis Viadrinum , in ense Aprili clo ccl .

Synopsis



## SYNOPSIS.

I. Prolegomena, §. I. - IO.

II. Tractatio

i) Generalis P. I.

A) religio. C. I.

a) interna, S. I.

    A) in genere, §. II. - 29.

    B) in specie

        a) gloria dei §. 30, eiusque

            a) amplitudo et maiestas, §. 31.

        b) veritas, S. II. §. 32 - 39.

        c) claritas, S. III. §. 40 - 53.

        d) certitudo, S. IIII. §. 54 - 65.

        e) vita, S. V. §. 66 - 71.

    b) cultus dei internus, S. VI.

        gaudium ex deo, §. 72 - 74.

        acquiescentia in eius decretis,

    §. 75.

        fiducia in deum, §. 76 - 78.

        gratus animus, §. 79.

        amor cauens suorum opposita

    §. 80 - 85.

        adoratio, §. 87.

        timor, §. 88, 89.

        obedientia, §. 90, 91.

        imitatio, §. 92.

        preces internae, S. VII. §. 93 - 99.

        pii habitus, S. VIII. §. 100 - 109.

    b) cultus dei externus.

A

A) ge-

## SYNOPSIS.

- A) generatim S. VIII. §. 110 - 117.  
 B) speciatim  
   a) confessio dei, S. X. §. 118 - 125.  
   b) studium promouendae religionis,  
     S. XI. §. 126 - 132.  
   c) piuum exemplum, S. XII. §. 133 - 139.  
   d) piae ceremoniae, e. c. S. XIII.  
     §. 140 - 149.  
 B) Officia erga te ipsum, C. II.  
   a) generatim  
     A) cognitio tui ipsius, S. I. §. 150 - 164.  
     B) diiudicatio tui ipsius, S. II.  
       §. 165 - 174.  
   C) officia erga conscientiam, S. III.  
       §. 175 - 190.  
   D) amor tui ipsius, S. III. §. 191 - 200.  
   b) speciatim erga  
     A) animam, eiusque facultatem  
       a) cognoscituum  
         α) inferiorem, S. V. §. 201 - 220.  
         β) superiorem, S. VI. §. 221 - 225.  
     b) appetituum  
       a) officia erga voluptatem et rae-  
         dium, S. VII. §. 226 - 234.  
       b) officia erga facultatem appeti-  
         tuum,  
       x) generatim, S. VIII. §. 235 - 241.  
   D) speciatim officia erga fac.  
     appetituum  
   A) inferiorem. S. VIII. §. 242 - 245  
   B) superiorem, S. X. §. 246 - 249.  
   B) cor-

## SYNOPSIS.

3

B) corpus, quo cura

- 1) vitae, S. XI. §. 250 - 252.
- 2) sanitatis, §. 253 - 259.
- 3) victus et amictus, §. 260 - 266.
- 4) occupationum et otii, S. XII. §. 267 - 271.
- 5) castitatis, S. XIII. §. 272 - 275.

C) statum externum, quo cura

- a) necessitatum commoditatumque vi-  
tae, S. XIII. §. 276 - 280.
- b) laboris, S. XV, §. 281 - 284.
- c) facultatum, S. XVI. §. 285 - 289.
- d) deliciarum externarum, S. XVII.  
§. 290 - 292.

e) existimationis, S. XVIII. §. 293 - 300.

C) officia erga alia, C. III.

- a) generatim, S. I. §. 301 - 303.
- b) speciatim

A) erga alios homines

- a) generatim amicitia, S. II. §. 304 - 314.
- b) speciatim

A) pacis studium, S. III. §. 315 - 327.

B) vitanda his opposita vicia, S. III.  
§. 328 - 337.

C) candor, S. V. §. 338 - 347.

D) diiudicatio aliorum, S. VI.  
§. 348 - 360.

E) auxilium aliis praestandum

a) generatim, S. VII. §. 361 - 366.

b) speciatim respectu

α) religionis, S. VIII. §. 367 - 369.

β) scientiae et virtutis, S. IX. §. 370 -

373.

A 2

v i

## 4

### SYNOPSIS.

- v) vitae commode transfigendae,  
S. X. §. 374 - 377.
- d) consuetudinis et conversationis,  
S. XI. §. 378 - 386.
- e) honoris, S. XII. §. 387 - 390.
- B) erga alia, quae non sunt homines,  
S. XIII. §. 391 - 399.
- 2) Specialis, P. II. respectu
  - A) animae, C. I. officia
    - a) eruditorum et ineruditorum, S. I.  
§. 400 - 425.
    - b) virtuosi et vitiosi, S. II. §. 426 - 450.
  - B) corporis, C. II. officia
    - a) aetatum, S. I. §. 451 - 460.
    - b) sanorum et aegrotorum, S. II. §. 461 -  
470.
  - C) status externi, C. III. officia
    - a) vitae commoda et incommoda,  
S. I. §. 471 - 480.
    - b) honorati, neglecti et contemti,  
S. II. §. 481 - 490.
    - c) amicorum et amicis destituti. S. III.  
§. 491 - 500.

\*     \*

Numeri paragraphorum, quibus praeponitur


L. ad acroasis logicam

M. - metaphysica

A. - aesthetica

P. P. p. ad initia philosophiae practicae pri-  
mae referuntur, quae sunt ab auctore publici  
iuris facta.

PRO-



## PROLEGOMENA.

### §. I.

**E**THICA (a) (disciplina pii, honesti, decori, scientia virtutis, moralis, practica, ascetica) est scientia obligationum hominis internarum in statu naturali.

(a) die Sitten - die Tugendlehre.

### §. 2.

ETHICA PHILOSOPHICA (a) (philosophia moralis, ius naturae internum) est ethica, quatenus sine fide cognosci potest. Ergo ethica philosophica aptissime methodo scientifica, sed non ex testimoniiis, demonstratur. P. P. p. §. 1, 2.

(a) die Sittenlehre der Vernunft.

A 3

§. 3.

## §. 3.

Ethica philosophica quum obligationes, tam externas, quam internas, faciliter, principia oeconomicae, politicaeque tam publicae, quam priuatae perfectiora suppeditet, immo ipsi ethicae christianaee, erit admodum vtilis P. P. p. §. 3. Quumque finis ipsius sit certitudo obligationum nostrarum internarum in statu naturali, §. 1. quo verius, quo clarius, quo certius, quo ardentius, quo plura motiva, quo plurium obligationum internarum in statu naturali docebit, hoc erit perfectior. P. P. p. §. 4, 5.

## §. 4.

ETHICA LAXA (a) est paucas ad pauca apparenter molesta: multas ad multa apparenter molesta caussas impulsiuas demonstrans ethica est (seuera) RIGIDA. (b) Quo seuerior ergo ethica est, hoc perfectior, quo laxior, hoc est imperfectior, §. 3.

(a) eine weite, schlaffe, nachgebende;

(b) eine strenge, ernste Sittenlehre,

## §. 5.

## PROLEGOMENA

7

## §. 5.

ETHICA BLANDIENS (a) est sensitiae iucundis solis ad sola sensitiae iucunda obligans. Hominibus ergo ad sensitiae molestia etiam, per sensitiae molestas quoque caussas impulsivas obligandis, ethica blandiens est laxa, hinc imperfecta, §. 4.

(a) eine schmeichelnde Sittenlehre.

§. 6.

ETHICA MOROSA (a) (tetrica, acerba, tristis, rigoristica) est solis sensitiae molestis ad sola sensitiae molesta obligans. Hominibus ergo ad sensitiae iucunda etiam, per sensitiae iucandas quoque caussas impulsivas obligandis, tristis etiam ethica imperfecta est, §. 3.

(a) eine mürrische, rauhe Sittenlehre.

§. 7.

**ETHICA** obligationum erroneous DE-  
CEPTRIX est (chimaerica.) (a) Quae er-  
go vel caussas impulsuas ponit, quae non  
sunt, vel ad ea hominem obligari ponit,  
ad quae non obligatur, decipit, siue blan-  
diendo, siue rugis frontem arando, pro-  
pinet errorem §. 5, 6. P. P. ip. §. 27. Non  
obligamur ad intrinsecus impossibilia, M.  
§. 58. quaeque simpliciter impossibilia

A 4                  sunt

sunt naturae humanae, P. P. p. §. II. Hinc ethica ad intrinsecus impossibilia, et simpliciter supra humanae naturae vires possita obligans est chimaerica. §. I. Possimus tamen obligari ad ea, ad quae vires naturae corruptae non sufficiunt. M. §. 788. nobis naturaliter impossibilia, sed secundum quid, M. §. 469. Ergo ethica philosophica praecipiens quaedam, ad quae vires naturae humanae corruptae non sufficiunt, non est ideo chimaerica, P. P. p. §. 134-136.

(a) eine unrichtige, schwindelnde Sittenlehre,

### §. 8.

Non obligamur ad moraliter impossibilia, strictius talia, M. §. 723, P. P. p. §. 19. Jam vero ethica philosophica contradicens christiana, et christiana contradicens philosophicae P. P. p. §. 104. obligarent ad moraliter impossibilia strictius talia, hinc nec sibi, nec iuri naturae, unquam contradicunt, nisi apparenter, M. §. 12. P. P. p. §. 23.

### §. 9.

Quum in statu hominis naturali plures iterum status speciales obseruari possint, M. §. 205. ethica philosophica docebit obliga-

## PROLEGOMENA.

ligationes internas I) omnibus his statibus communes, Parte I. generali, 1) erga deum ad religionem C. I. a) internam b) externam 2) erga temet ipsum C. II. respectu a) animae b) corporis c) status externi 3) erga alia C. III. a) homines b) reliqua; II) quibusdam specialioribus in statu naturali obseruandis statibus peculiares Parte II. speciali.

### §. 10.

PERFICE TE. Ergo perfice te in statu naturali, QUANTUM POTES, i. e. fac in eodem, quae te perficiunt, vel ut finem, quorum tu ipse es ratio perfectionis determinans, vel ut medium, quae te cum aliis consentire faciunt ad rationem perfectionis determinantem extra te positam. P. P. p. §. 43. FAC BONA, omitte mala, QUANTUM POTES, in statu naturali: P. P. p. §. 39. FAC in eodem, quod TIBI FACTU OPTIMUM. P. P. p. §. 44. In statu naturali viue conuenienter naturae, quantum potes, P. P. p. §. 46, ama optimum, quantum potes, P. P. p. §. 48, optimamque, quam potes, tuam vbiique conscientiam sequere. P. P. p. §. 200.



PARS I.  
GENERALIS.

CAPUT I.  
RELIGIO.

SECTIO I.  
RELIGIO INTERNA.

§. II.

**E**ns perfectissimum vberius, dignius, verius, clarus, certius, ardentius nosse est realitas. M. §. 36. Ergo gloria dei in te ponit realitatem. M. §. 947. Illustratio gloriae diuinae etiam in te ponit realitatem, alias esset mala, M. §. 146. quod contra M. §. 947. Ergo gloria dei et illustratio eius in te, tanquam rationem perfectionis determinantem, consentiunt, M. §. 94. tibi bonae, M. §. 660. Ergo religio te perficit, ut finem, M. §. 947. adeoque obligaris ad religionem, §. 10.

§. 12.

Religio te facit consentire cum tota civitate dei. M. §. 974. et integro perfectissimo vniuerso, M. §. 935, 949. Ergo religio

## RELIGIO INTERNA.

II

ligio te perficit, vt medium ad finem optimae creationis optimum, M. §. 341. hinc obligaris ad religionem, §. 10. M. §. 94.

### §. 13.

Religio est pars tuae beatitudinis, M. §. 947, 787. obligaris ad tuam beatitudinem tantam, quanta possibilis, §. 10. Ergo obligaris ad religionem. Beatitudo est pars felicitatis, M. 787. Obligaris ad tuam felicitatem, §. 10. Ergo obligaris ad religionem.

### §. 14.

Natura tua consentit ad religionem, M. §. 949, 430. Ergo religio statum tuum moralem facit consentire cum natura, M. §. 947, 723. hinc te perficit. M. §. 94. Ergo obligaris ad religionem, §. 10.

### §. 15.

Veram voluptatem augens veros intuitus auget, M. §. 655. hinc te perficit, quum cognitio veritatis sit perfectio, M. §. 94. Ergo quaere vere iucunda, M. §. 658. Iam viua entis perfectissimi cognitio sifit deum placentem, M. §. 669, 651. hinc voluptatem veram auget, M. §. 655. 8ii. ergo vere iucunda est, M. §. 659. Religio est viua entis perfectissimi cognitio. M. §. 947, 669. Ergo obligaris ad religionem.

### §. 16.

## §. 16.

Quo quid vere delectans iucundius est, hoc magis ad illud obligaris, §. 15. Iam religio finitorum purissimam, M. §. 661. verissimam, clarissimam, certissimamque voluptatem dabit per viam demonstratio-  
nis L. §. 289, 290. a priori et a posteriori,  
L. §. 315. M. §. 856. experientiae L. §. 163.  
internae et externae, M. §. 982, 985. et  
fidei, L. §. 357. saltim humanae per omnes  
historias, annales prouidentiae. L. §. 427-  
439. Ergo religio spondet voluptatem  
**constantissimam**, M. §. 662. ex plurimis  
maximis perfectionibus diuinis, M. §. 807.  
hinc heterogeneas voluptates et taedia  
gnauiter obtcurantem. M. §. 657. Ergo  
religio est bonorum homini concessorum,  
§. 11; iucundissimum, §. 15. M. 658. Ergo  
ad religionem in omnibus iucundis maxi-  
me obligaris.

## §. 17.

Viue, quantum fieri potest, sapientissi-  
me, §. 10. Iam si viuis 1) ex voluntate sa-  
pientissimi, P. P. p. §. 102. 2) fini creatio-  
nis ultimo conuenienter, viues, quantum  
tibi datum est, sapientissime. Iam religio-  
nis amator viues 1) ex voluntate sapientis-  
simi. M. §. 882, 947. 2) fini creationis ul-  
timo conuenienter, §. 12. Ergo obligaris  
ad religionem,

§. 18.

## §. 18.

Viue, quantum fieri potest, rationalis.  
Sime, §. 10. Summam rationem sequens,  
quantum a te fieri potest, viues rationa-  
lissime. P. P. p. §. 95-97. At religionis ama-  
tor sequeris, quantum poteris, summam  
rationem M. §. 872, 947. Ergo obligaris  
ad religionem.

## §. 19.

Esto imago dei tui tantum ipsi similis,  
quantum esse potes, §. 10. M. 852 Ergo  
1) quaere theologiam in te ~~εκτυπων~~  
~~αεχετυπων~~, quae esse potest, simillimam,  
M. §. 866. 2) quum deus agat ad illustra-  
tionem suae gloriae, M. §. 949. commu-  
nes cum ipso fines habens, sic etiam ipsi  
assimilandus, M. §. 70. obligaris ad reli-  
gionem M. §. 947.

## §. 20.

Cum religione certa praemia connexa  
sunt, M. §. 947, 907. eaque optima maxi-  
ma cum summa, §. 16. Ergo ad eam obli-  
garis. §. 10. P. P. p. §. III.

## §. 21.

Quo plures caussas impulsuas, quo ma-  
iores, quo verius, quo clarior, quo certius,  
quo ardentius ad officium aliquod cognos-  
cens, hoc tibi sit facilius illud officium. M.

§. 527.

§. 527. Iam religio augebit caussas impulsiuas ad reliqua officia omnia, earumque dignitatem, veritatem, certitudinem, claritatem s. lucem, et vitam, M. §. 947. Ergo facilitabit officia reliqua omnia. Iam obligaris ad facilitanda tibi officia omnia, quantum fieri potest. Quo minores enim vires vni impendenda sunt, hoc maiores supersunt ad alia, §. 10. Ergo obligaris ad religionem.

## §. 22.

**RELIGIO**, quatenus est actio animae immanens, est **INTERNA**. (a) **ACTIONES** partes religionis sunt **PIAE** (religiosae latius dictae, cf. §. 149. officia erga deum. (b) Obligaris ad officia erga deum, §. 11, 21. Ergo obligaris etiam ad eorum habitum, §. 21. M. §. 577. Habitus actionum piarum est **PIETAS**. (c) Ergo pius esto.

(a) die innre Gottseeligkeit. (b) fromme, gottseelige Handlungen, der Gottseeligkeit, Pflichten gegen Gott. (c) Frömmigkeit.

## §. 23.

Propositio: pius esto, enunciat determinationem, §. 22. M. §. 36. fini tuo ultimo, M. §. 949. hinc rationi, M. §. 341. vltiori, M. §. 27. conformem, M. §. 80. Hinc est lex, M. §. 83, moralis, §. 22. M. §. 723.

§. 723. vna ex superioribus, hinc fortioribus, M. §. 182.

§. 24.

Exceptio, quae fit a lege pietatis, maior est, quam quae fit a quacunque perfectio-  
nis regula morali alia, quae determina-  
tionem enunciat conformem fini, qui re-  
ligioni subordinatur, §. 23. M. §. 186. Iam  
exceptiones moraliter necessariae tam sint  
paruae, quam fieri potest, §. 10. M. §. 97.  
Ergo a quibusuis regulis quorumcunque  
subordinatorum religioni finium excipe  
potius, ubi sit excipendum, quam a re-  
gula pietatis. P. P. p. §. 86.

§. 25.

Liberae actiones oppositae pii sunt  
(impiae) OBSCURATIONES GLORIAE  
DIUINAE, (a) peccata, §. 22. M. §. 788.  
punienda, M. §. 910. Ergo fuge obscur-  
ationes gloriae diuinae, §. 10. Ergo et ea-  
rum habitum, M. §. 577, IMPIETATEM,  
LATIUS DICTAM (cf. 105.) (b) liberum  
pietatis oppositum. Ne sis macula nomi-  
nis diuini.

(a) Verdunkelungen der Ehre, Beleidigungen  
Gottes. (b) Gottlosigkeit in weiterer  
Bedeutung.

§. 26.

## §. 26.

Minima religio quum esset paucissimum  
rum minimorum ad deum pertinentium  
minime vera, clara, certa, et viua cogni-  
tio, M. §. 161, 947, quo vberior, deo di-  
gnior, exactior, clarior, certior, ac arden-  
tior erit in homine cognitio perfectio-  
num diuinorum, hoc maior eiusdem reli-  
gio, donec sit maxima hominis alicuius  
religio vberima, maxime sublimis, exactis-  
ima, clarissima, certissima, et ardentissima,  
quae in eum hominem cadit, perfectionum  
diuinorum cognitio. M. §. 161.

## §. 27.

Ad cognitionem perfectionum diuinorum perfectissimam consentiunt maxime plurimae maxime hominis realitates, M. §. 949. Hinc talis cognitio est summa hominis perfectio, M. §. 185. Ergo religio, quae in hominem cadit, maxima est sum-  
mum eius bonum. M. §. 187. Quo quid melius, hoc magis ad illud eligendum ob-  
ligaris. §. 10. Ergo ad summam, quae in te cadit, religionem maxime obligaris.  
Idem inde collige, quod in te, spiritum, substantiam intellectualem, non cadat ma-  
ior perfectio, quam intellectione formaliter materialiterque perfectissima frui, i. e. ens perfectissimum perfectissime cognoscere,  
quantum eius ab homine fieri potest. §. 26.

§. 28.

## §. 28.

**R**E<sup>L</sup>I<sup>G</sup>IO, in qua cognitio perfectio-  
num diuinarum perfectionem superna-  
turalem non habet, NATURALIS est.  
Cuius autem est, quaedam saltim, perfe-  
ctio supernaturalis, est RELIGIO SUPER-  
NATURALIS.

## §. 29.

Ad summam, quae tibi physice possi-  
bilis est, religionem obligaris, §. 27. Iam  
summa tibi physice possibilis religio natu-  
ralis erit, eaque summa, §. 28. M. §. 470.  
Ergo ad summam religionem naturalem  
obligaris, et magis quidem, quam ad ul-  
lam aliam rem tibi physice possibilem,  
§. 27.

## §. 30.

Qui obligatur ad totum, obligatur ad  
partem, sine qua totum existere nequit.  
Maxime obligaris ad religionem, §. 11-29.  
Religionis pars, sine qua existere nequir,  
est gloria dei. M. §. 947. Ergo obligaris  
ad quaerendam dei gloriam. Esto studio-  
sus gloriae, sed diuinae. S. D. G.

## §. 31.

Ad summam, quae per te physice pos-  
sibilis, gloriam dei quaerendam quam ob-  
ligeris, §. 30, 29. quære cognitionem plu-  
rimarum maximarumque perfectionum

B diui-

diuinarum, quae per te obtineri potest, verissimam, clarissimam, certissimam, ardentissimam in te et extra te in tot aliis, in quot poteris, M. §. 942. Nosce deum, notiorem fac deum, quantum potes, theologus, §. 27. M. §. 800. Actio, qua 1) plures perfectiones diuinae, 2) plura de data perfectione diuina, 3) pluribus innotescunt, est **AMPLIFICATIO GLO-  
RIA E DIUINAE.** (a) Ratio cogitandi deo diuinisque non solum non offendens in summam obiecti sanctitatem, sed et eidem, quantum cogitantis vires permit-  
tunt, conueniens, est **MAIESTAS GLO-  
RIA E DIUINAE.** (b) Quaere, quantum potes in te et aliis, quantum potes immediate, vel per alios, amplificationem et maiestatem gloriae diuinae, §. 30.

(a) die Ausbreitung, Erweiterung, (b) die höchste Würdigung der Ehre Gottes,

## SECT. II.

### VERA DEI COGNITIO.

#### §. 32.

Quaere in te et aliis verissimam, quae tibi, quae per te aliis possibilis, plurimum maximarum perfectionum diuinarum cognitionem, §. 31. A. §. 423, 555. *Iam omnis*

omnis veritatis cognitio est medium augendae verae cognitionis diuinæ. M. §. 943. Ergo ad cuiuscumque veritatis cognitionem propositionemque possunt motiva desumi ex gloria diuina, atque adeo cuiuscunque veritatis cognitio et propositio potest esse illustratio gloriae diuinæ. M. §. 947. Omne hinc verum, quod discis, quod doces, disce, doce ad dei gloriam §. 29.

### §. 33.

Error et ignorantia vincibilis circa diuinæ sunt peccata, §. 32, 25. Ergo fuge errorem et ignorantiam circa diuinæ vincibilem, qualis in foro nostro nunc interno §. 1. P. P. p. §. 180. omnis error est in se, specie etatisque simpliciter humanae naturae viribus. P. P. p. §. 187. Quumque omnis error, omnis ignorantia vincibilis, necessario secum ferat vel aliquem errorem, vel ignorantiam circa diuinæ vincibilem, M. §. 889. ob gloriam dei vita omnem ignorantiam vincibilem, §. 29. et errorem, L. §. 382, 395.

### §. 34.

Ne sis indifferens plenarie erga vel tuos vel aliorum errores, et ignorantiam vincibilem theologicam, §. 32. M. §. 664. multo minus laudi ducas, aut pro sancta ha-

B 2 beas

beas vincibilem diuinorum ignorantiam appetitus, §. 33. M. 665.

### §. 35.

Errorem et ignorantiam circa diuina vincibilem quum fugere obligeris, §. 33. simul obligaris ad tollenda, sine quibus tolli nequeunt, vincibilem in diuinis confusione, M. §. 578. notiones de iisdem crassas, M. §. 575. L. §. 395. praecipitantiam in iudicando de theologicis, L. §. 383. et in probandis diuinis ANIMUM SOPHISTICUM, (a) f. studium crypticis paralogismis negotium aliis facessendi. L. §. 385, 549. Obligaris potius ad cognitionem diuinorum, quam assequi potes, exactissimam, §. 32. M. §. 515. Exacta diuinorum cognitio est ORTHODOXIA. (b)

- (a) ein sophistisches Gemüth, Lust an Trugschlüssen, (b) die reine Gottesgeahrheit, wovon die Rechtglaubigkeit ein Theil ist.

### §. 36.

Quum multa in incomprehensibili deo sint, quorum nobis est ignorantia inuincibilis, M. §. 852. de quibus adeo non nisi per praecipitantiam iudicare possumus, obligatus ad cauendam impossibilium appetitionem, §. 10. sapientem diuinorum, quae nosse nequis, ignorantiam praefer NIMI-

**NIMIAE**, i. e. ad vincendam ignorantiam diuinorum inuincibilem ferenti CURIOSITATI THEOLOGICAE, (a) M. §. 688. praecipitique de iisdem iudicio EPOCHEN THEOLOGICAM (b) s. statum animi perceptionem aliquam de diuinis nec ponentis, nec tollentis. §. 32. L. §. 352.

(a) Neugier in göttlichen Dingen, (b) theologische Enthaltsamkeit im Entscheiden.

### §. 37.

Vita conceptus de diuinis impossibilis, L. §. 382, 54, praeiudicia L. §. 384. et SOPHISTICATIONES THEOLOGICAS (a) s. probationes per sophismata, non falsarum solum, sed et verarum conclusionum, §. 33. L. §. 415. praesertim illius sectae, illarum inter dissentientes de theologicis partium, inter quas natus vel educatus es. L. 385, 281. Ne tamen conceptus de diuinis subobscuros, L. §. 112. aut contradiccionem apparentem inuoluentes, aut quorum possibilitatem tu nondum perspicis, cum impossibilibus confundas. L. §. 54, 57. Ne propositiones theologicas etiam illius sectae, illarum in dissentientibus circa religionem partium, quas plures, forte plurimi, ponunt, quas forsitan ipse nudius tertius posuisti non ponderatis ad assensum rationibus, L. §. 383. cum praeiudiciis

B 3

con-

confundens tollas. L. §. 384. Ne sub sofisticationum titulo reiicias non examinatas theologorum probationes, quarum conclusiones tibi non placent, aut quas alia ratione probatum is, §. 35. L. §. 396.

(a) theologische Schein- oder Trug-Beweise.

### §. 38.

Vita atheismum theoreticum, M. §. 999. deismum, M. §. 862. polytheismum, M. §. 846. manichaeismum, M. §. 844, 832. anthropomorphismos, M. §. 848. materialismum vniuersalem, M. §. 840. egoismum, M. §. 392, 854. spinosismum theologicum, M. §. 853, 853; sacerdotalismum philosophicum, M. §. 875. fatalismum, §. 33. M. §. 898.

### §. 39.

Vita dippelianismum philosophicum, M. §. 910. epicureismum, M. §. 975. absolutismum theologicum et praedestinatianismum, M. §. 980, 981. naturalismum supernatura omnia, hinc et reuelationem stricte dictam, in impossibilibus numerantem, M. §. 493, 1000. ENTHUSIASMUM, habitum vitium subreptionis in diuinis committendi, L. §. 319. M. §. 594. eumque ardentiorem, FANATICISMUM, (a). M. §. 545, 688. et INDIFFERENTISMUM er-

torem

orem sententias theologicas pro plena-  
rie indifferentibus habentem, §. 33. M.  
654. e. c. e. c.

(a) Geistreiberey, Schwärmerey.

### SECTIO III.

# CLARA DEI COGNITIO.

§. 40.

Quaere in te et aliis clarissimam, quae tibi, quae per te aliis possibilis, plurimarum maximarumque perfectionum diuinarum cognitionem, §. 31. Esto pro virili studiosus lucis, sed diuinae, et claritatis in theologicis tam intensiuae, per perceptiones diuinorum distinctissimas, L. §. 32. quam extensiuae, per perceptiones eorundem vividissimas, M. §. 531. A. §. 614.

§. 41.

Quaere distinctissimas, quae tibi possi-  
biles, diuinorum repraesentationes, §. 40.  
easque 1) extensue tales, M. §. 634. plu-  
rimas viuidissimasque, quas inuenire pote-  
ris, notas indagans L. §. 51. 2) purissi-  
mas, §. 35. L. §. 27.

§. 42.

Vtere intellectu tuo in theologicis ad  
diuinam gloriam, quantum potes, §. 41.  
M. §. 639. hinc et ratione, M. §. 640.

elusque sagacitate, ad multiplicandas, et soliditate, ad confirmandas veritates theologicas, M. §. 645. Hinc per ipsam religionem cole intellectum et rationem, M. §. 646.

### §. 43.

Quaere viuidissimas, quas potes, diuinorum representationes, §. 40. earumque quas habes, et viuidam, et distinctam perspicuitatem in dies maiorem, M. §. 531. Ad illam concinant omnes facultates animae tuae inferiores, M. §. 521. ut quicquid iis, quicquid analogo rationis est in te virium, hunc in modum fiat anathema diuinae gloriae. M. §. 640. A. §. 1. 12.

### §. 44.

Experire, M. §. 548. interne, M. §. 535. gusta, vide e. c. quam bonus e. c. sit dominus, §. 43. M. §. 536. sine entusiasmo ramen fanatico, §. 39. et fallacia pantheistica deum cum vniuerso confundentium, §. 38.

### §. 45.

Observato §. 44. diuinorum ideae sient partiales multarum in te totalium, M. §. 574, adeoque recurrentibus suis sociis reproducentur, M. §. 561. Ad hoc conseruari officii, sine quo illud exsistere nequit, obligaris §. 10, 41. Saepius ergo diuinorum in te ideae reproducantur, sine somni-

somniis tamen phantasticis, §. 39. M. §. 594.  
eandemque ob rationem crebrius memen-  
to dei tui, M. §. 580.

## §. 46.

Ab optimo optima non praeuide solum,  
M. §. 596, sed et praefagi, M. 610, 611. opri-  
mis, quae iam ab ipso profecta sunt, sem-  
per exspecta casus similes, M. §. 612. quan-  
tumque potes, intuere perfectiones dei tui,  
M. §. 651. iisdem, et quidem solis, pure, M.  
§. 661. delectandus, §. 43. M. 658.

## §. 47.

Delectari homo deo potest maxime,  
§. 16. Delectare deo, quantum potes, §. 46.  
Ergo delectare deo tuo super omnia. Si  
vel maxime naturae corruptae vires ad hoc  
non sufficient, §. 7. memento religionis su-  
pernaturalis, §. 27, 28.

## §. 48.

Tenebrae theologicae vincibles s. ob-  
scurae representationes eorum in diuinis,  
quae tibi clarescere possunt, sunt peccata,  
§. 32, 40. Ergo fuge tenebras theologi-  
cas vincibles, §. 25.

## §. 49.

Si pro maiori caliginis gradu in diuinis  
possibilis tibi minor, licet omnem obscu-  
ritatem disiicere nequeas, preefer maiori

B 5 mino.

minorem in theologicis obscuritatem, ut  
sic ipse fundus animae consecretur diuinæ  
gloriae, M. §. 511.

### §. 50.

In incomprehensibili multa nobis sunt  
relative inconceptibilia s. supra nostrum  
intellectum posita, M. §. 633. Pone enim  
omnia esse in eodem nobis conceptibilia,  
distinctissime possemus cognoscere finitis  
omnibus incomprehensibile, adeoque ple-  
nam eius cognitionem acquirere, quod ab-  
surdum, M. §. 862. Ergo in deo multa  
sunt ita supra intellectum tuum posita, ut  
te ea concipere sit intrinsecus impossibile  
simpliciterque supra vires naturae finitae,  
hinc et humanae omnis. M. §. 15, 469.

### §. 51.

Supra intellectum tuum posita in theo-  
logicis concipere ne labores, §. 50, 36. ne  
tamen confundas cum absolute inconcepti-  
bilis, M. §. 633, 37. Multa sunt in deo  
supra rationem tuam posita, §. 50. M. 644.  
Haec ergo ratiocinando assequi despera,  
§. 36, ne tamen confundas cum irrationa-  
bilis, §. 37. M. §. 643.

### §. 52.

RATIONALISMUS est error omnia in  
diuinis tollens supra rationem errantis po-  
sita, §. 51. Ergo fuge rationalismum, §. 33.  
cor-

corruptae rationis principia vel conclusio-  
nes, M. §. 646, et errores analogi rationis  
circa diuina temere rationi tribuendos M.  
§. 647. (a) Neque tamen in diuinis ne-  
glectum intellectus et rationis usum, sub  
titulo simplicitatis theologicae, M. §. 639.  
spurio appetas, §. 42.

(a) Vernünftelien in göttlichen Dingen.

### §. 53.

Ne dei tui aut diuinorum obliuiscaris,  
§. 45. M. §. 582, nec vñquam erga deum,  
aut quicquam diuini, sis indifferens, §. 46,  
multo minus taedium ex iis capias, M.  
§. 655, ne tamen vere molesta, quae non  
sunt diuina, M. §. 658. pro talibus ha-  
beas, §. 33.

## SECTIO IIII.

### CERTA DEI COGNITIO.

### §. 54.

Quaere in te et aliis certissimam, quae  
tibi, quae per te aliis possibilis, plurima-  
rum maximarum perfectionum dei cogni-  
tionem, §. 31. Esto pro virili studiosus fir-  
mitatis, roboris et fundamentorum gloriae  
diuinae. Idem hinc patet, quia certitudo,  
quan-

quanta tibi esse potest, est consecrarium, sine quo veritas et claritas cognitionis theologicae, ad quas obligaris, §. 32, 40. existere non possunt. M. §. 880.

### §. 55.

Quum a ratione, L. 360. experientia L. §. 163. et fide, L. §. 357. (connubio rationis et experientiae, L. §. 316. quando ratio maiorem exhibet: Quae talis testatur: ponere possum, minorem experientia subsumit: Hoc talis testatur,) omnis cognitionis humanae veritas, claritas, et certitudo dependeat; et hinc evidentia, M. §. 531. sci, L. §. 2, 349, 360. experire, crede diuina, summumque, quod in te cadit, rationis, experientiae et fidei quaere connubium, §. 54. L. §. 358. Idem hinc patet, quia sine tali ac tanta cognitione diuina existere nequit eius consecrarium, summa in deo diuinisque delectatio, ad quam tamen obligaris, §. 47.

### §. 56.

In diuinis, vbi maior tibi impossibilis est, L. §. 164. quaere certitudinem moralis, P. P. p. §. 143. et in incertioribus summam, quae in te cadit, probabilitatem, §. 54. L. §. 350.

### §. 57.

## §. 57.

Vt diuina scias, quantum datur, §. 55. demonstrationes eorum et probationes conquire et meditare, L. §. 289, 290. et ne spuriis pro genuinis habeas, §. 33. pro vi- rili diiudica. L. §. 404. 452. Vt experia- ris diuina, quantum tibi licet, neque tamen entusiasmo te exponas, §. 44. quae habentur remedia perueniendi ad experientiam diuinorum, indaga et diiu- dica, nihilque falsitatis in iis meditando inueniens, tenta, M. §. 696. Vt credas di- vina, quantum tibi possibile est, neque ta- men sanctae credulitatis titulo L. §. 364, 371. assentiaris dubiis aut improbabilibus diuinorum testimoniis, §. 33, 55. narrationes operum dei s. HISTORIAS SACRAS, (a) L. §. 436. immo omnes historias, vt spe- cula prouidentiae diuinae, indagans diiu- dica. L. §. 378, 381.

(a) Heilige Geschichte.

## §. 58.

Quum nulla demonstratio completa sit possibilis sine principiis logicis et meta- physicis, L. §. 291. ex §. 57. patet, qui lo- gica et metaphysica fiant sacrae diuino no- mini. Idem ethicus philosophus experi- tur, §. II. 57. Quia omnis probatio, L. §. 207.

L. §. 207. omnis demonstratio, L. §. 289. omnis experientia, omnis rationalis auctoritas, L. §. 504. est medium augendae in diuinis certitudinibus, §. 32. ad cuiuscunque probationis, demonstrationis, experientiae, siue sit obseruatio, siue sit experimentum, L. §. 329. et auctoritatis rationalis inuestigationem possunt motiva desumi ex diuina gloria, ut eandem illustret, M. 947.

### §. 59.

Quia diuina nobis omnia certa fieri nequeunt, §. 36, 50. multo minus sunt omnia nobis demonstrabilia, §. 51, caue 1) a PRU<sup>R</sup>ITU DEMONSTRANDI THEOLOGICO, (a) i. e. curiositate demonstrationum theologicarum nobis impossibilium, et desiderio spuriarum potius demonstrationum, quam nullarum, §. 33 : 2) ne non demonstrata, non demonstrabilia, quorum tibi non nota est demonstratio, tibi dubia, tibi incerta, problematica, contra quae disputari potest, incerta et dubia et precaria, L. §. 349 - 354. in theologicis pro iisdem habeas, §. 33. M. 578.

(a) Erweisfurcht in göttlichen Dingen.

### §. 60.

Ne tibi sit plenarie indifferens, an de diuinis sis certus, nec ne, an certior sis, nec ne, §. 54, 53, an incerta tibi diuina dubia

bia sint, an probabilia, an improbabilia,  
§. 56. L. §. 491-506. multo minus incerti-  
tudinem tuam in theologicis gloriae ducas  
appetitus, M. §. 665.

## §. 61.

Vita SCEPTICISMUM THEOLOGICUM  
(pyrrhonismum) (a) s. epochen in indu-  
biis, §. 60. Ergo circa certa in diuinis, M.  
§. 800-1000. moraliter certa et probabi-  
lia, §. 56. ne sis SCEPTICUS (b) i. e. epo-  
chen decernens. Ergo scepticismum non  
solum vniuersalem, L. §. 424. non vniuer-  
salem solum theologicum, sed et particu-  
larem, aliquas de diuinis propositiones  
nec ponendi nec tollendi decretum fuge,  
quantum potes, §. 54. salua §. 36. et ratio-  
nali *απερτωσει*. L. §. 383. Contra omnem  
hinc scepticismum possunt arma desumi  
ex gloria diuina, §. 58.

(a) Zweifelsucht in göttlichen Dingen.

(b) ein Zweifler.

## §. 62.

Ne demonstrationis omnis aut, ex igno-  
rantia, neglectu, M. §. 652, aut auersatione,  
vel prorsus indifferens sis, vel taedia con-  
cipias erga nobilem gloriae diuinae par-  
tem, demonstrationes diuinorum, §. 57.  
nec pia, quod aiunt, fraude in harum rui-  
nis

nis supernaturalem cognitionem stabilitum  
eas, §. 32, 28. Omnis demonstrationis ho-  
stis est hostis gloriae diuinae, §. 25.

## §. 63.

In experienciis diuinorum praesertim  
caue ab his maioribus: *Quicquid ego non*  
*clare sentio s. experior, illud non existit, non*  
*est possibile, nec sentiunt alii, tunc in aliis stati-*  
*bus aut circumstantiis. Quicquid represe-*  
*nzioni alicui e. g. supernaturali, quam legi, quam*  
*audiui, simile, hinc idem est cum eadem, est*  
*cum eadem totaliter idem, s. ipsa illa perceptio.*  
*Quae coexistunt sibi inuicem, vel sucedunt, eo-*  
*rum vnum in alterum realiter insuit, aut est*  
*alterius causa solitaria, §. 57. M. §. 548, et*  
*cogita, non minus delirare eum, qui sen-*  
*sationes pro imaginationibus habet, quam*  
*eum, qui imaginationes pro sensationibus,*  
*habitualiter, M. §. 594. Circa certitudi-*  
*nen experientiarum in diuinis probe me-*  
*mor L. §. 315 333, strictius dictarum, L.*  
*§. 163, 166. indemonstrabilitatem ex L.*  
*§. 168. diiudicans, et ex iis per reduc-*  
*tio-*  
*nen, quae de definitionibus indemonstra-*  
*bilibus valent, L. §. 413, secundum M.*  
*§. 567. et hic caute poterit inter enthu-*  
*asmi scyllam et empirici scepticismi cha-*  
*rybdin incedere medius, §. 44, 61.*

## §. 64.

## §. 64.

Quo facilior enthusiasmus est, §. 63, 39. hoc curatius testium de diuinis examinanda dexteritas est. L. §. 361. Quo plures pia vel impia fraude LEGENDAS, (a) i. e. fabulas pro historiis diuina narrantibus venditatas commenti sunt, hoc diligentius sinceritas testium de diuinis excutienda est, L. §. 361, 362. cum credibilitate rei ipsius vere deo dignae, L. §. 379, 380, ne fides fide non dignis habenda sit forte credulitas, §. 57. L. §. 364. Neque tamen certitudo vel probabilitas fidei, quanta in profanis historiis sufficere admittitur, L. §. 381. ideo deneganda statim testimonio de diuinis, quia de diuinis aliquid narrat, aut probabilibus, immo certis, eiusmodi testimoniis habita fides credulitatis oneranda probris est, §. 33.

(a) Scheinheilige Maerchen.

## §. 65.

INCREDLITAS (a) est habitus probabili etiam, aut certo, testimonio fidem denegandi. Ergo vita incredulitatem theologicam aequa, ac credulitatem, §. 64. L. §. 363. Naturalismus striete dictus cerram revelationem striete dictam negans est incredulitas vitanda, M. §. 1000, 986.

(a) Unglauben, Unglaubigkeit.



## SECTIO V.

## VIVA DEI COGNITIO.

## §. 66.

Quaere in te et aliis ardentissimam s. maxime viuam, quae tibi, quae per te aliis possibilis est, plurimarum maximarum perfectionum diuinarum cognitionem, §. 31. Idem hinc patet, quia vita cognitio- nis sacrae est consectarium, sine quo dele- Etatio in deo summa, ad quam obligaris, §. 48. exsistere non potest, M. §. 565.

## §. 67.

Gloria dei toties et tantus elater tibi sit ad agendum, quoties et quantus esse pot- est, §. 66. M. §. 669. Iam vero possunt ad omne bonum motiva desumi ex diuina gloria, M. §. 899. et quidem fortissima, §. 47. nec suscipere licet, nisi bonum, §. 10. Ergo omnes tuas actiones morales, et po- tissimum quidem, suscipe ad dei gloriam, omnes tuae actiones sint illustrationes glo- riae diuinae, M. §. 947.

## §. 68.

Cognoscere labora signa dei et diuino- rum, §. 32. quae quum aliquando non pos- sint

fint non tibi clariora esse signatis magis incomprehensibilibus, M. §. 862, ne omnem cognitionem diuinorum symbolicam sub litterae, vel abecedariae, et litteralis theologiae titulo aspernatus malis quaedam divina prorsus ignorare, quam cognoscere nunc in aenigmate, sic saltim tibi cognoscibilia, §. 36.

## §. 69.

Quum symbolica diuinorum cognitio omni obseruabili intuitu destituta, s. LITERA, (a) sit mortua, M. §. 669. denuo obligaris ad intuitum diuinorum quaerendum, M. §. 652. Hic autem intuitus vel sensitivus est, vel intellectualis, M. §. 651, 607. Vtrumque quaere, quantum potes, §. 41, 43. Vtriusque augmentum, seu mutatio in veriorem, clariorem, certiorem, ardentiorem, est AEDIFICATIO; (b) hinc aedificationem tuam et aliorum, nec sensitivam, nec intellectualem, neglige, §. 66.

(a) der Buchstabe göttlicher Kenntnissen,

(b) Erbauung.

## §. 70.

Caue, ne tua diuinorum cognitio splendeat tantum, non ardens, sterilis, et mortua, §. 66, 25. Fuge speculationes theolo-

C 2 gicas,

gicas, §. 67. M. §. 669. Si PRACTICA dicatur COGNITIO, (a) quae plures et maiores ad agendum caussas impulsivas continet, sive mediate, sive immediate, sive proprius, sive remotius id fiat, omnis tua theologia, omnis appetenda cognitio, §. 58. sit practica, §. 67. Ne tamen THEORIAS THEOLOGICAS i. e. notitias nec quid agendum vel omittendum enunciantes, L. §. 167. nec proxime caussas impulsivas ad agendum suppeditantes, aut aedificationem ea, cui forsan assuetus es, magis intellectualem, cum cassa speculatione confundas, §. 69, 35. Nec qualiter cunque mouente diuinorum cognitione contentus esto, bonisue sollicitationibus, quando strictius viuam et ad agendum sufficientem impetrare potes, §. 66. M. §. 67I.

(a) Kenntniß, die auf Thun und Lassen geht, und in Leben und Wandel einen Einfluß hat.

## SECTIO VI.

### CVLTVS DEI INTERNVS.

§. 7I.

Fortissime appetere delectationem ex divinis perfectionibus, §. 47. Alterius ex per-

perfectionibus voluptatem fortius appetens, vel ex sensitua cognitione gaudet iisdem, vel ex distincta, vel ex vtraque. Postiores volitiones, M. §. 690 ob intentionem tamen etiam gaudii nomine insigniuntur, vtr et reliquae volitiones affectibus homogeneae ob eandem rationem affectuum nomina sortiuntur. Ergo gaude deo tuo sensitiae, gaude rationaliter, et quidem fortissime, §. 69.

§. 72.

Quum perfectionibus diuinis semper delectandus sis, §. 67, da operam arti deo tuo semper gaudendi, §. 31-71. et ama deum fortissime, §. 71. M. §. 684. Iam vero duo extra se posita non possunt amari fortissime, M. §. 272. Ergo ama deum super omnia. Ergo magis, quam te ipsum. M. §. 855. Idem hinc patet, quia per ipsam rationem omnis amor genuinus tam tui, quam aliorum commendatur tandem resoluendus in satisfactionem et laetitiam ex dei magnalibus, et fiduciam in eundem. M. §. 682, 824.

§. 73.

Summam ex praeteritis dei operibus satisfactionem hauri, §. 72. M. §. 682. omnia cum non bene tantum, sed et optimis fecisse, M. §. 944. et optimis focun-

dissima corollariis, M. §. 23, quam fieri potest, certissime, ut verissime, clarissime et ardentissime, intuere, §. 69. Ipsa, si qua gaudes, acquiescentia in te ipso, M. §. 682, cogitanti concursum dei ad bonas tuas actiones morales et vniuersalem, M. 954, et specialem, M. §. 960, tuasque vires singulas esse creaturas dei, M. §. 929, resoluatur in satisfactionem ex dei magnilibus, §. 71, 32.

### §. 74.

Nullum malum effugisti, effugis, aut effugies, cuius auerso non pendeat a prouidentia, M. §. 975. Ergo hilaritatem etiam tuam deo malorum auerrunco consecra, §. 71. M. §. 682, quae ut tanta sit, quanta in te esse potest, §. 72, ipse tristis alias malorum possibilium, que imminebant, imminent, imminebunt, catalogus ad optimum dei amorem seruiet, §. 40.

### §. 75.

Si quid, ut sufficiens ad perfectionem, quam appetebamus, viue intuemur, **E O** **C O N T E N T I** **S U M U S**. (a) Si maiorem per alia perfectionem obtineri non posse, quam quae obtinetur per id, quo contenti sumus, certo intuemur, **I N** **I L L O**, **Q U O** **C O N T E N T I** **S U M U S**, **A C Q U I E S C I M U S**. (b) Iam dei gubernationem abunde

de sufficere ad summam possibilium, hinc rationaliter appetendarum, perfectionem et mundo et tibi praestandam quam fieri potest, certissime, §. 54. et ardentissime intuere, §. 66. M. §. 963. Hinc ea non contentissimus tantum esto, sed in eadem etiam plenarie acquiesce.

- (a) mit etwas zufrieden seyn,
- (b) sich in etwas zufrieden beruhigen.

### §. 76.

Mundum optimum a deo praestitum semper iri, M. §. 936, 963, tibique bona tot, tanta, toties ab ipso largienda, quot, quanta, quoties summa bonitas potest, M. 975. non spera tantum, sed et confide, M. §. 683, quantum potes, §. 71, 54. Ergo confide deo super omnia, §. 72. Idem et hinc patet, quod a nulla re plura ac maiora bona clarius et certius exspectari possunt, quam a deo, M. §. 903-907, et quicquid ab aliis, quicquid a te forsan ipso proficiuntur boni, simul tamen a deo est, M. §. 954, 929.

### §. 77.

Quo plura, quo maiora, quo verius, quo clarius, praeuisa, quo certius ab aliquo exspectantur beneficia, hoc fiducia in eum maior est, M. §. 903, 683. A iustitia diui-

na remuneratoria pro singulis etiam minimis bonis moralibus proportionalissima praemia certissimus exspecta, §. 76. M. §. 907. Quo ergo plura, quo maiora bona tibi fuerint moralia, hoc maior esse potest tua in deum fiducia. P. P. p. §. 100-114. Iam ad maximam, quae in te cadit, fiduciam erga deum obligaris, §. 71. Ut ergo possis, sicut decet, deo fidere: requisitam in te bonitatem moralem circumspice, actione dei supernaturali concursuque specialissimo praestandam confisus, M. §. 498. quoties naturaliter, et per specialem concursum aequre bene praestari non potest, §. 76. P. P. p. §. 109.

### §. 78.

Praemia bonarum moraliter determinationum tuarum naturalia, ut arbitraria respectu dei, M. §. 908, 911. ab ipso certus exspecta, §. 77. P. P. p. §. 108. laetamque semper pro tua receptiuitate fortunam, M. §. 912. P. P. p. §. 109. Quantum receptiuitas tua augetur, tantum auctum iri et naturalia et arbitraria dei praemia confide. M. §. 907, 894.

### §. 79.

Deus summus tuus benefactor est, §. 76. Ergo habe erga deum animum gratissimum, M. §. 684. **ALICUI ACCEPTUM FERIMUS** (ex alicuius manu recipimus)  
BENE-

BENEFICIUM, (a) quod ipsi imputamus s. cuius illum auctorem iudicamus; quod si fiat ardenter, HABEMUS benefactori GRATIAS. (b) Deo habe gratias pro omnibus tibi bonis non praeteritis tantum, sed et praesentibus, et futuris, §. 75. 78, eorumque et intensionem et extensionem viuidissime cogita, et numera, ut sentias, quam sint innumerabilia, §. 40. non neglegitis partim, §. 264. et apparenter malis, M. §. 12.

(a) einem etwas verdanken, (b) etwas mit Dank erkennen,

### §. 80.

Quo quid perfectius est, hoc magis deo placet. M. §. 890, 879. Ergo quaere deo placere, quantum potes, §. 10. AMOR amato admodum placere studens TENER (a) est. Ergo ama deum, quam potes, tenerrime, §. 72, Studium deo placendi, s. amoris diuini teneritas, sit vniuersale motuum omnium actionum tuarum fortissimum, §. 67. Decretum de aliqua re nihil decernendi, nisi quod alter, quantum nouerimus, potissimum voluerit, est RESIGNATIO IN VOLUNTATEM alterius. (b) Haec TOTALIS. (c) est, si nihil omnino de vlla re nos decreturos decernimus, nisi quod alter dicto modo voluerit. Iam de-

C 5

vs

vs nil, nisi optimum vult potissimum, uti certo nouimus, M. §. 979. Decernendum et tibi est, nihil omnino te decreturum vlla de re, nisi optimum, §. 10, i. e. quod deus voluerit, quantum nosti, potissimum. Ergo te totaliter in diuinam voluntatem refigna.

(a) zärtliche Liebe, (b) sich in iemandes Willen überlassen, (c) die gänzliche Ergebung in iemandes Willen.

### §. 81.

Vita odium dei et diuinorum totale et partiale, M. §. 687, eorundemque fastidium, M. §. 686. AMOREM CREATURÆ (a), s. amorem vlliis rei creatae maiorem, quam permittit amor deo debitus, hinc PHILAUTIAM IDOLOLATRICAM (b), amorem tui maiorem, quam est amor dei, §. 72, 25. MURMURATIONEM CONTRA DEUM (c) s. animum gubernatione diuina minus contentum, et CENSURAM VARIUM DOMINI, (d) iudicium possibilem mediorum, quibus vtitur prouidentia, ponens emendationem; §. 75. Ergo vita etiam murmurationem contra fortunam et inuectivas in eandem, §. 78, 33.

(a) Anhänglichkeit an das Geschöpf, (b) abgöttische Eigenliebe, (c) Murren gegen Gott. (d) Meistern und radein der Wege Gottes.

### §. 82.

## §. 82.

DIFFIDENTIA ERGA ALIQUEM (a) est praesagium non consequendorum per eum bonorum. Quo verius, clarus, et certius, est praesagium, quo pauciora, quo minora sunt bona, quae tamen nobis deneganda metuimus, hoc maior est diffidentia. Quo maior ergo diffidentia erga aliquem, hoc minor est fiducia erga eundem, §. 77. Vita omnem erga deum diffidentiam, meticulosam etiam, magis timidam, magis deneganda minora a deo bona horrentem, maxime desperantem de eorum a deo consequutione, §. 46. M. §. 686.

(a) Misstrauen gegen jemand.

## §. 83.

Non desperationem solum de diuina gratia totalem vita §. 82, sed et pusillanimitatem, M. §. 686. et fluctuationem inter spem in deo collocatam et diffidentem metum, §. 76, praesertim circa minora bona, §. 82. Cae a praeiudicio nimiae confidentiae in creaturas i. e. maioris, quam in deo collocanda permittat, cum praeiudicij illius effectibus i. e. FIDUCIAM CARNALEM, (a) etiam in te ipso possum, §. 76. Quaecunque maior in te

te fuerit, ac est in deum, est IDOLO-LATRICA (b).

(a) fleischliches Vertrauen, eine fleischliche Zuversicht, (b) abgöttisch.

### §. 84.

Fiducia consequendorum a deo per ipsum impossibilium, est TENTATIO DEI. (a) Deum tentans vel exspectat a deo absolute impossibilia, M. §. 833. qualis desiderans suam apotheosin, M. §. 748. ad spectum figurae diuinae, M. §. 848, spiritus finiti absolutam illabilitatem, M. §. 955, suam comprehensionem prouidentiae divinae, M. §. 862. voluntatisque vel decreti diuini perscrutationem, M. §. 900, aeternam beatitudinem peccatoris corruptioni morali superponderanti coexistentem, M. §. 788, 787. vel exspectat a deo moraliter impossibilia, M. §. 723, 902, qualis desiderans apparentia beneficia, M. §. 903, aut proportionalia, M. §. 906. poenas iniuste tollendas, M. §. 910, miracula praeter necessitatem, M. §. 498, 902, poenas peccatorum intempestivas, M. §. 916. immo et praemia minus opportuna, poenas aut praemia partialia. M. §. 917. concursum ad mala minus rectum, M. §. 959. 962. gubernationem contra summae sapientiae regulas, M. §. 963. impeditioinem peccati physicam, cuius physica permisso melior est,

est, M. §. 970, prouidentiam ita parti ci-  
vitatis diuinae fauentem, vt inde detrimen-  
tum capiat res eiusdem publica, M. §. 975.  
mutationem decretorum diuinorum, M.  
§. 976, reuelationem nos melius laten-  
tium, M. §. 972.

(a) Gott versuchen.

### §. 85.

In omni temptatione dei praeuidentur per  
deum impossibilia, §. 84, ita, vt sine hoc er-  
rore esse non possit dei tentatio, M. §. 683.  
Iam consectaria vitandorum, quae sine iis  
existere nequeunt, sunt vitanda. Ergo vi-  
ta omnem dei temptationem, §. 33. Fiducia  
de consequendis per quietem (inactiuita-  
tem, non agendo,) a deo iis, quae agen-  
do consequi obligamur, est **FIDUCIA PI-**  
**GRA** (a), (*λογος αργος*, raison paresseuse,)  
quae moratur officia, dei tentatio, hinc fu-  
gienda, §. 84.

(a) das faule Vertrauen.

### §. 86.

Vita animum beneficiorum diuinorum  
immemorem, §. 45. erga deum ingratum,  
aut minus gratum, quam erga causas quo-  
rundam beneficiorum secundas. §. 79, 81.  
(gratitudinem idololatricam) **ANIMUM**

IDO-

IDOLOLATRICE GRATUM. (a) Ne sit tibi indifferens, an deo placeas nec ne, M. 654. Caue ne magis hominibus, (*andēwā-geōneia*) (b) aut vlli placere studeas, quam permiserit studium deo placendi tenerimum. Quodcunque STUDIUM PLACENDI aliis maius est, ac studium deo placendi, est IDOLOLATRICUM. (c) Nunquam decernas contra id, quod deum potissimum velle nosse poteras, debebas, i. e. PROPRIAM VOLUNTATEM SEQUARIS, (d) §. 80.

(a) abgöttische Dankbarkeit. (b) Menschen-Gefälligkeit. (c) abgöttische Gefälligkeit. (d) seinem Eigenwillen folgen.

### §. 87.

Honora deum, §. 30, 70, super omnia, M. §. 942, 846. Summe aliquem honora-re est ADORARE. (a) Ergo deum adora, eumque solum. M. §. 77. Adoratio eius, quod non est deus, est IDOLOLATRIA. (b) Obiectum idololatriae IDOLUM (c) est, etiamsi signum et icon dei dicatur. M. §. 852. Cultus religiosus est consecrarium, effectus, et signum honoris et gloriae divinae, M. §. 947. i. e. quae sola debeat esse summa, M. §. 942. Hinc quicquid religiose colitur, adoratur, i. e. iam summe hono-

honoratur. Cultus religiosus eius, quod non est deus, est idololatria, et huius cultus obiectum idolum, siue deus dicatur, siue di-  
vus, siue sanctus pater. Adoratio idoli vel apertior est et crassior, e. g. qua idola polytheorum explicite ponerentur ens sum-  
mum, M. §. 846. (d) vel magis cryptica et subtilior, vtraque vitanda, cum honore cuicunque tribuendo maiore, quam per-  
mittat summus honor deo debitus, §. 25.  
Deo summum honorem non tribuens est idololatra, M. §. 272. Quod et hinc pater,  
quod ad omnimodam determinationem cuiusvis in diuidui moralis pertineat, quo-  
vis momento vitae suae moralis habere,  
quod amet, §. 81. cui fidat, §. 83, cui gra-  
tias habeat, cui placere studeat §. 86, quod honoret, e. c. saltim pro nunc et sic, potis-  
simum et fortissime. Hoc obiectum dato supposito intelligenti quoiescunque non fuerit deus, data persona toties erit idolo-  
latra. M. §. 200, 148.

(a) anbetheren.      (b) Abgötterey.      (c) Ab-  
gott.      (d) der größte Götzendienst.

### §. 88.

TIMOR ALTERIUS (a) est auersatio eius erga nos nostraque auersationis. Er-  
go timens alterum, auersatus alterius erga se, vel sua, auersationem, aueretur etiam  
hypo-

hypothesin auersationis, sine qua non, tandem ex se vel suis ab altero hauriendum. Ergo timens alterum auersatur ipsi discipuli cere, M. §. 665. Time deum, eumque tenuerrime amaturus, super omnia, §. 80. Timor honoratioris est REVERENTIA. (b) Ergo summam erga deum habe reuerentiam, §. 87. (*εὐαβεῖαν.*) (c) TIMOR reuerenter amantis FILIALIS (d) est. Ergo time deum filialiter super omnia, §. 80.

- (a) Furcht gegen jemand tragen. (b) Ehrfurcht. (c) kindliche Gottesfurcht. (d) kindliche Furcht.

### §. 89.

Vita INTREPIDITATEM IMPIAM (a) statum animi auersationem diuinam prorsus non metuentis, §. 88. M. §. 686. et omnem erga deum irreuerentiam, non illum solum maximam, prorsus non cauenter, ne deo displiceas, prorsus non honorantem deum; sed etiam minorem, non tantum cauentem, ne deo displiceas, non tantum deum honorantem, quantum fas est, §. 88. TIMOR SERVILIS (b) est, qui ex solo poenarum infligendarum ab altero metu oritur. Timeas deum, eius poenas etiam, P. P. p. §. 115-124, sed non feruilter, nec ullam rem creataram magis timeas, quam deum. Ergo vita ANTHROPOPHOBIAN, (c) timorem hominum

num maiorem, quam timor deo permittrat  
debitus, §. 88. quo si maior fuerit, est IDO-  
LOLATRICA (d) §. 81, 87.

- (a) gottlose Unerstrockenheit, Frechheit.
- (b) knechtische Furcht. (c) Menschen-  
furcht. (d) abgöttrische Menschen-  
furcht.

### §. 90.

Deum esse plenum tuum dominum, M.  
§. 971, et legislatorem, M. §. 973. P. P. p. §.  
100. teque subiectum eius ciuem reipubli-  
cae diuinae, M. §. 974. agnosce, quam pot-  
es, ardentissime, §. 66. Viue agnoscens  
aliquem suum legislatorem ex declarata  
ipsius voluntate actiones suas liberas deter-  
minat i.e. OBEDIT LEGISLATORI, (a) M.  
§. 669. Ergo summam deo obedientiam  
praesta. P. P. p. §. 102. Quo plures aetio-  
nes, quo curatius determinantur quo pluri-  
bus ex legibus superioris, hoc maior est  
obedientia, M. §. 160. Iam omnes actiones  
tuae liberae possunt ex lege diuina determi-  
nari, §. 10. et omnibus inde per totam phi-  
losophiam practicam deducendis regulis,  
P. P. p. §. 100. Ergo in omnibus tuis aetio-  
nibus liberis, omnibus diuinis legibus qui-  
bus potes i. e. VNIUERSALEM OBEDE-  
TIAM (b) deo praesta, eamque motuum  
agendi fortissimum ingredientem, §. 80. i.  
DEDITISSIMAM, (c) cum honore  
D su-

superioris, s. SUBMISSIONE (d) summa.  
§. 87.

(a) (dem Gesetzgeber) gehorchen. (b) all-  
gemeinen (c) ergebensten (d)  
allerunterthänigsten Gehorsam.

### §. 91.

Quum totum ius naturae, tota ethica,  
tota philosophia practica sint complexus le-  
gum diuinarum, P. P. p. §. 100-104. cura-  
tior earum obseruatio est officium erga  
deum, §. 90, 22. Hinc patet, qui possint  
ad has philosophiae partes tractandas moti-  
ua desumi ex gloria dei, ut doceantur, ut  
discantur propter deum, §. 67. Omnis ho-  
rum iurium violatio est vitanda gloriae di-  
vinae obscuratio, §. 25, qualis IN OBEDIEN-  
TIA ERGA DEUM (a), i. e. defectus tam  
totalis, quam partialis, obedientiae ipsi ex-  
hibendae, etiamsi praestares imperata, non  
tamen ideo suscipiens, quia imperata sunt,  
et REBELLIO CONTRA DEUM, (b) erra-  
bundus conatus tollendi nostram ad deo pa-  
rendum obligationem, §. 90. 33. Cae, ne  
maiorem vlli, quam deo, praestes obedi-  
entiam. Ergo vita ANTROPODULIAN  
(c) obedientiam hominibus maiorem prae-  
stitam, quam permittat deo debita, siue  
leges humanae contradicant legibus diui-  
nis, siue conueniant, §. 90. Illa si maior  
fuerit,

fuerit, quam tua erga deum obedientia, est  
IDOLOLATRICA (d) §. 87.

- (a) Ungehorsam gegen Gott. (b) Meuterey  
gegen Gott. (c) Menschenknechtschaft.  
(d) abgöttrische.

### §. 92.

Studium assimilandi quid alteri est EIUS  
IMITATIO (a); te deo et omnia tua diuinis  
tantum assimilare stude, quantum eius a te  
fieri potest, §. 19. Ergo deum, quantum  
potes, imitare, vitans, quicquid vitabi-  
lum te deo reddit dissimilem, M. §. 70.  
Ergo quaere omnes perfectiones in te possi-  
biles, vita omnes perfectiones tuas contin-  
gentes, ob dei gloriam, §. 67. ut sis imago  
dei tui (b) quanta potes, M. §. 852.

- (a) Nachahmung. (b) Gottes Ebenbild.

### SECTIO VII. PRECES INTERNAE.

#### §. 93.

OPTARE (a) est appetere, quod in po-  
testate nostra non omnino positum depre-  
hendimus. Deus vult tibi et aliis bona tot  
ac tanta, quot et quanta summa bonitas  
potest largiri, §. 975. Eadem potes appe-  
tere, M. §. 665. Ergo appete, §. 92, 80.

D 2

Sed

Sed deprehende nullum eorum omnino in potestate tua positum, M. §. 708, 954. Ergo opta tibi et aliis optima quaevis omnia, quae optas, dei esse beneficia, quam ardenter, cognoscens, §. 76, 66. Ergo opta tibi et aliis a deo optima quaevis propter amorem ipsius, M. §. 903. cui confidas, §. 76-78. Ab aliquo aliquid optare propter illius amorem, s. spe fundata in amore ipsius est ALIQUID AB ALIQUO PETERE (b). Ergo pete tibi et aliis optima quaevis a deo. A deo quid petere est INUOCARE DEUM (c). Deum inuoca.

(a) Wünschen. (b) etwas von iemand bitten.  
ten. (c) Gott anrufen.

### §. 94.

Inuocatio dei, quatenus est actus animae, PRECUM INTERNARUM (cordis) (a) nomen nanciscitur. Ergo obligaris ad preces internas, §. 93. Preces de consequendo nobis bono, positive representato, sunt PETITIO STRICTIUS DICTA. (b) Preces de actuandis alteri bonis sunt INTERCESSIO PRO ALIO (c) Preces de auertendo malo sunt DEPRECATIO. (d) Offerdeo petitionem strictius dictam, deprecationem, et intercessionem pro omnibus hominibus, §. 93.

(a) das innere Gebet (des Hertzens). (b)  
Bitte in engerer Bedeutung. (c) Fürbitte.  
(d) das Verbiten.

§. 95.

## §. 95.

Homo quouis momento appetit et auer-  
satur, M. §. 741. 216. Ergo 1) optima quae-  
vis appetens, 2) eorum nullum omnino  
positum in sua potestate, 3) sed omnia de-  
pendere a deo et 4) a bonitate ipsius fiden-  
ter exspectanda esse, ardenter et habituali-  
ter certus, **CONTINUO PRECABITUR**, (a)  
§. 93. Iam ad haec omnia obligaris, §. 93.  
Ergo indefinenter precare preces fidentes,  
§. 77, reuerentes et filiales, §. 88. in **EXAU-  
DITIO NE** (b) diuina, s. exhibitione peri-  
torum, quae nunquam legitimis precibus  
desit, §. 93, 76, acquiescentes, §. 75. in diuina  
namque voluntatem totaliter resignatas, §.  
80. Quales semper habent hanc, vel ex-  
pressam vel tacitam hypothesin: si deo vi-  
sum ita fuerit. Quodsi de hoc priori iam  
certi sumus, preces legitimae dicuntur cate-  
goriae. L. §. 146. Omnes preces ex audiun-  
tur a deo M. §. 875, quicquid in illis est bo-  
ni moralis non sine praemio, M. §. 907. ex-  
auditis autem exhibetur aut totaliter idem,  
quod rogabatur, **EXAUDITIO NE STRI-  
CTE DICTA**, (c) aut aequipollens, aut  
melius. §. 87, 86.

- (a) ununterbrochen Beten, das beständige Ge-  
bet.      (b) Erhörung      (c) in enger  
Bedeutung.

## §. 96.

PRECES ex solo petendorum intuitu fluentes sunt MENTALES, (a) preces cum repraesentatione signorum eius, quod petitur, coniunctae sunt SYMBOLICAE PRECES (b) tantum symbolicae sine omni petendorum intuitu essent BATTLOGICAE, (c) sed quum in iis nulla sit appetitio, M. §. 669, non sunt preces, §. 93. PRECES symbolicae vel coniunguntur cum symbolis, e. g. vocabulis et oratione praecognitis, et sunt FORMULARIAE, (d) vel cum symbolis, quae inter precandum demum recens cogitantur, et sunt EXTEMPORANEAE.

- (a) das unaussprechliche Gebet.
- (b) das wörtliche Gebet.
- (c) ein sinn- und fühlloses Wort-Gebet.
- (d) ein wörtliches Gebet ist entweder vor dem jetzigen Gebrauch schon aufgesetzt, oder nicht.

## §. 97.

NE IN DIEM VITIAS (a) i. e. vita incuriositatem futrorum, ad quae praevidenda obligaris, §. 10, 93. et indifferentiam circa futura irrationalem vitandae incuriae futrorum consectarium tale, ut sine ea existere nequeat. M. §. 665. et praeiudicium nimiae confidentiae in te vel alia praeter deom, quasi futura bona omnino vel in tua vel illorum posita essent potestate. §. 83. 93. Ne

Ne tibi singas ius aliquod tuum bona a deo poscendi, absurdissime cogitaturus facultatem a legibus stricte dictis concessam tibi a deo quid extorquendi. M. §. 851. P. P. p. §. 108. Ne preces inutiles statuas auersaturus, §. 93, 95. perpende, quam aptum et psychologicum medium sint ad vberiorem, digniorrem, veriorem, clariorem, certiorem et ardentiorem optimorum intuitum, fundatum omnis beatitudinis, M. §. 699, 787.

(a) aufgerathewohl, in den Tag hinein, leben.

### §. 98.

Cae preces omnino interruptas, statisque tantum temporibus condicisque locis alligatas, §. 95. Neque tamen tales aestuma preces continuo precantis, nonnumquam autem inuocantis deum attentius, viuidius, ardenterius, quam quoquis momento, quo-vis loco, fieri potest. §. 35. Fuge preces diffidentes, meticulosas, timidas, desperantes, §. 95, 82, pusillanimes, fluctuantes, §. 95, 83. deum tentantes et cum fiducia pigra coniunctas, §. 86, quocunque gradu irreuerentes, aut ex timore seruili profectas, §. 95, 89. Ne murmures ob preces deum tentantes non exauditas, nec in modum aut circumstantias exauditionis censuram tibi arroges, §. 81, 95.

D 4

§. 99.

## §. 99.

Pone duos precari ex aequali, quantum obseruatur, petendorum intuitu, vnum mentaliter, alterum symbolice: viuidior erit repraesentatio symbolice precantis, §. 96. M. §. 531. hinc posterioris preces symbolicae mentalibus prioris sunt praferendae, §. 43. Multo magis id pater, si intuitus mentaliter precantis minor sit intuitu precantis symbolice. Ergo ne mentales preces promiscue symbolicis praeferas, aut posteriores cum battalogiis confundas, §. 96, 35. In symbolicis precibus ne extempora-neas cum precibus cordis confundas, quasi, 1) omnes extemporaneae preces ex intensiori desiderio (a) nascerentur, quam vllae formularioe, 2) formularioe extemporaneis contradistinguendae nunquam possent ex corde profici, aut cum intensiori atten-tione fundi, quorum vtrumque contra experientiam, §. 35.

(c) Innigkeit und Inbrunst.

## SECTIO VIII.

## PII HABITVS.

## §. 100.

Quum omnes tuae actiones potissimum suscipienda sint ad illustrandam dei glo-riam,

riam, §. 67. triplex inde perspicitur RELIGIONIS, ad quam obligaris, perfectio: PURITAS (a), qua omnes actiones liberae simultaneae, CONSTANTIA (b), qua omnes actiones liberae successivae, et FERUOR (zelus) (c) ea religionis perfectio, qua fortius appetuntur ad illustrandam dei gloriam. Sit ergo religio tua constanter pura, constanter feruida, feruore puro. Cole deum, quantum fieri potestate, feruidissime, constantissime, purissime.

(a) Lauterkeit. (b) Beständigkeit. (c)  
Ernst und Eifer im Dienste Gottes.

## §. 101.

Ex exercitio actionum feruide deum collentium orietur habitus deum feruide collendi, qui PIETATIS est ALACRITAS. (a) Ergo obligaris ad alacritatem pieratis, §. 100. Constanter purae PIETATIS alacritas est eiusdem INTEGRITAS. (b) Ergo integer pietatis esto.

(a) Munterkeit. (b) Rechtschaffenheit im Dienste Gottes.

## §. 102.

Habitus religionem constituendi unicum finem actionum suarum est PIA SIMPLICITAS. (a) Omnia actionum tuarum librarum finis sit religio, §. 100, ergo et

D 5 omni-

omnium intentionum tuarum, M. §. 341.  
 Ergo omnes tui fines, quos intendis, praeter religionem, religioni subordinentur, M. §. 315, adeoque religio sit finis tuus ultimus, M. §. 343, hinc simul vnicus, M. §. 77.  
 Pie simplex esto.

(a) fromme Einfalt, oder Einfachheit.

### §. 103.

Pia simplicitas te obligat ad perspicientiam finium tuorum subordinationem, §. 102, ergo ad perspicientiam connexorum finium tuorum s. SAPIENTIAM, et mediorum, PRUDENTIAM, vsque ad religionem continuatorum, i. e. ad sapientiam prudentiamque PIAM. (a) Ergo ipsa te pia simplicitas obligat ad culturam rationis, M. §. 646. 640. Sapienter et prudenter in pietate simplex esto pius et practicus pro virili teleologus, §. 66. M. 946.

(a) gottselige Weisheit und Klugheit.

### §. 104.

**FIDELITAS** (a) est habitus accurate praestandi diligentiam debitam. Iam accurate praestanda est debita pietati diligentia. §. 101. Ergo fidelis esto dei seruus. M. §. 974.

(a) Treue

§. 105.

## §. 105.

**Quum omnis impietas tibi sit vitanda, §.**  
**25, vira praesertim IMPIETATEM EMINENTER DICTAM,** (irreligionem), habitum proaeretice gloriam dei obscurandi et ATHEISMUM PRACTICUM, (a) habitum viuendi sine ullis obseruabilibus ex cognitione diuina motuus, siue coniunctus hic sit cum atheismo theoretico, M. §. 999, siue minus, §. 67, et SUPERSTITIONEM, (b) habitum timorem, qui deo debetur, ex errore fouendi, §. 33.

(a) die ausnehmende Gottlosigkeit. (b)  
 Aberglauben.

## §. 106.

Vita superstitionem timentem 1) idola, §. 87. 2) deo aequa potentem vim maleficam, aut potentiores, §. 38, 89, 3) verum deum serviliter, §. 89, 4) eius poenas non malarum actionum, M. §. 908, 5) malarum etiam poenas improportionaras, M. §. 910. 6) hinc miraculosas praeter necessitatem, M. §. 936, 497.

## §. 107.

Vita oppositum puritatis IN PIETATE, INSINCERITATEM, (a) oppositum constantiae, INCONSTANTIAM, (b) oppositum feruoris liberum, TEPOREM (c), §.

100, oppositum alacritati pietatis vitium ACEDIAM (d), (oscitantiam et somnolentiam in pietate) oppositum integratatis in pietate vitium, ANIMUM DEO NON PLENARIE DEDITUM (e).

(a) die Unlauterkeit. (b) die Unbeständigkeit. (c) die Lauligkeit. (d) Kaltförmigkeit, Traegheit, Schlaefrigkeit. (e) ein getheiltes Betragen, auf beiden Schultern tragen wollen in der Frömmigkeit, ein Gott nicht völlig ergebener Sinn.

### §. 108.

Vita opposita piae simplicitati vitia, habitum religionem nunquam intendendi, STUPIDITATEM IMPIAM (a), fines secundarios aut apparentes pro primario et ultimo arripiendi, STOLIDITATEM IMPIAM (b), plures sibi confines sine pia subordinatione constituendi, πολυπραγμοσύνη IMPIAM scilicet VIARUM MULTIPICATATEM (c), §. 103. Neque tamen finium religioni subordinatorum intentionem, ut talium, huc referas. Multo minus cum pia simplicitate confundas simplicitatem significatu malo, M. §. 639, aut rusticitatem, §. 35: 1) dum illam sequeris, has amplectendo 2) alteri, dum illam strenue sequitur, has imputando. P. P. p. §. 125. Fuge tandem, quicquid est moralis imperfectionis in facultate cognoscitiva vel formes,

mes, vel comes, vel consectorium impie-  
tatis morale, STULTITIAM IMPIAM (d)  
§. 25. P. P. p. §. 133.

- (a) gottlose Dummheit. (b) Thorheit. (c)  
gottlose Mannigfaltigkeit der Wege.  
(d) die Narrheit der Gottlosen.

## §. 109.

Vita oppositum piae fidelitati vitium,  
INFIDELITATEM IN PIETATE (a), non  
dolosastantum, CRIMEN FELONIAE IN  
DEUM (b) §. 105, sed et culposas obscura-  
tiones gloriae diuinae cauturus, §. 104, qua-  
les omnes actiones sunt, quibus non tam  
constanter, tam feruide, tam pure deus co-  
litur, quam fieri a te poterit, §. 100. Im-  
pedimentum pietatis est SCANDALUM (c).  
Vita tibi, vita aliis scandala, quantum pot-  
es, M. §. 221.

- (a) Untreue in der Gottseligkeit. (b) Treu-  
losigkeit gegen Gott. (c) Anstoß, Aer-  
gerniß.

## SECTIO VIII.

## CVLTVS DEI EXTERNVS.

## §. 110.

Determinationes nostrae liberae, mori-  
bus nostri corporis harmonicis declaratae  
sunt ACTIONES HUMANAE EXTERNAE  
(a).

(a). Hinc complexus motuum statuumque corporis nostri arbitrariorum ex motiuis gloriae diuinae susceptorum dabit CULTUM DEI EXTERNUM (b), M. §. 947. Iam vero possunt status et motus corporis tui arbitriarii suscipi ex motiuis gloriae diuinae. §. 21, 80, 90. Quod si fiat a te vere pio, consentiunt actiones tuae externae cum internis, §. 22, et mere naturalibus eundem hunc finem habentibus, M. 949, 94. Ergo cole deum, externe etiam, quantum potes, §. 10.

(a) aeußre menschliche Handlungen. (b)  
der aeußere Gottesdienst.

### §. III.

CULTUS DEI EXTERNUS est usus corporis tui ad religionem, §. 110. M. §. 947, et abusus, dum inferiendo religioni corpus consumitur, M. §. 334. rationabile, M. §. 643. SACRIFICIUM (a), abusui propter religionem destinatum. M. §. 341. Hic in omnes status motusque corporis per indirectum liberos extensus, uti potest, §. 110, in eas etiam actiones externas morales pro circumstantiis optimas §. 10, quae videantur mysopi maxime heterogeneae cum ipsis visis religiosis collatae §. 22, est vniuersalis et VERE CATHOLICUS (b), sed CRYPTICUS (c), cuius genuina forma non statim appa-

apparet, nec aliis hominibus certo patere potest naturaliter, in internis, intentionibus et elateribus animi consistens. P. P. p. §. 183. Quaedam eius partes notabilius et proprius, ut media religionis internae, vel signa, patere possunt hominibus, agenti saltim, CULTUS DEI EXTERNUS MANIFESTUS (d), etiam extra omnem societatem pecuniarem possibilis, §. 1. hinc cum sibi subordinatis, sociali, qualis ecclesiasticus, domestico, ciuili, huiusque specie, publico non confundendus. §. 110. Quaedam actiones tuae externae sunt media religionis internae, quam vel mediate, vel immediate promouere possunt, has omnes cultus externi partes suscipe, §. 110, 29. Quaedam actiones externae sunt tibi scandala vitanda pro virili, §. 109.

- |                                      |                              |
|--------------------------------------|------------------------------|
| (a) eine geheiligte Gabe, ein Opfer. | (b) der aeußere allgemeine   |
| heime                                | (c) verborgene ge-           |
|                                      | (d) offenbahre Gottesdienst. |

### §. 112.

Lectio et auditio veritatum, praesertim proprius diuina spectantium, promouere in te potest cognitionem dei, hinc religionem internam, §. 22. Ergo lege et audi, quantum potes, veritates, praesertim proprius diuina spectantes, quibus vberitas, maiestas, veritas, claritas, certitudo et vita cognitionis in te diuinæ augeatur, §. 31.

Er.

Ergo audi sermones, lege scripta aedificantia, §. 69. quoque plura, quo deo digniora, quo exactius, quo clarius, quo certius, quo ardentius ab aliquo proferri vides, hoc eum audi, hoc lege, ubi potes, lubentius, §. 31.

### §. 113.

Lege et audi completi aliquid et absoluti, deoque digni, quantum in humana imbecillitate fieri potest, de diuinis exhibentes, demonstrationes probationesque theologicas, et historicas prouidentiae, ad augmentum veritatis et certitudinis, oratores et poetas sacros, in augmentum claritatis er vitae potissimum in diuina, quae tibi est, cognitione, quantum vales, §. 112. Memento reuelationis dei stricte dictae, M. §. 986. L. §. 428.

### §. 114.

Tanta doctorum pietatis abundantia gaudens, ut omnes audire, omnes legere nequeas, vel breuiores sacrae doctrinae summas prolixioribus aliquam eius partem cum neglectu reliquarum amplificantibus sermonizationibus preefer, qua doctrinarum completionem, de qua §. 113, cum ea, qua fas est, reuerentia ac grauitate sacra tractantes preefer ludentibus, nisi nugantibus, in re maxime seria, qua doctrinarum maiestatem.

§. 31,

§. 31, orthodoxos §. 35, ab erroribus theologicis notabiliорibus immunes, p̄aefer non HETERODOXIS solum CERTO TALIBUS (a), in quibus errores theologici patent, sed et HETERODOXIAE SUSPECTIS (b), in quibus errores theologicos notabiliорes occurrere probabile est, qua doctrinarum veritatem, §. 112, 33, solidos superficiariis, et incerta certis miscentibus, quales enthusiasti, §. 39, et extemporaneorum iactatores, qua doctrinarum certitudinem, §. 112, 54, perspicuos et vividos obscurioribus et languidioribus, §. 112, 40, vitae vigorisque plenos inertem magis cognitionem suppeditantibus et mortuam, qua doctrinarum vitam, si vel maxime posteriores luce nouitatis splendeant, aut nobili vetustatis aerugine, §. 112, 70.

(a) die gewiss Irrlehrer. (b) irriger Lehren verdächtig.

### §. 115.

Actiones, quae cultum externum constituer possunt, si sine interna religione, deo sufficienter placere statuuntur, sunt OPUS OPERATUM (a), si simulantur, sunt RELIGIO EXTERIOR (b) (politica, universalis, vere catholica, eclectica, prudens, philosophica, medici, aulica, statistica).

E

ca).

ca). Religio exterior ad apparentem utilitatem propriam consequendam decreta est **HYPOCRISIS** (c). Opus operatum sine cultu interno suscipiendum, nec adeo fluens ex motiis gloriae diuinae, §. 22, non est verus dei cultus externus, §. 110.

(a) die hloss aeussre Werkheiligkeit. (b)

der blosf aeussre Gottesdienst. (c)

Heucheley,

### §. 116.

Religio exterior simulatur, §. 115. Hinc nec huic responderet religio interna, quae tamen debebat, §. 22. Ergo non est verus dei cultus externus, multo minus tales sunt gesticulationes hypocriticae, abusus rerum sacratissimarum dolosi, cum suo vitio nigerimo, impietate eminenter dicta, §. 105, 110.

### §. 117.

Quum auditio vel lectio errorum in genere, praesertim proprius diuina spectantium, **PROFANORUM EMINENTER DIRECTORUM** (a), in quorum oratione regnat impieras eminenter dicta, scepticorumque theologicorum, sit scandalum debitae deo cognitionis, §. 109, non sine necessitate eam decerne, §. 111, praesertim quum non facile sine necessitate decernatur, nisi ex nimia diuinorum curiositate, §. 36, aut animo

mo sophistico, §. 33. aut vix obseruando di-  
vinarum veritatum odio. §. 81.

(a) ausnehmend gottlose Schriften und Re-  
den.

SECTIO X.

CONFESSIO DEI.

§. 118.

In aliis etiam hominibus quaere, quan-  
tum in te est, vberrimam, deo dignissi-  
mam, §. 31. verissimam, §. 32. clarissimam,  
§. 40, certissimam, §. 54, ardentissimam  
dei cognitionem producere, §. 66. Quod  
quum commode fieri nequeat, sine signi-  
ficatione religionis tuae internae, §. 22. si-  
gnifica etiam hominibus religionem tuam  
internam, quia et in quantum gloria di-  
uina postulat.

§. 119.

Significatio religionis nostrae internae  
coram hominibus in DEI gloriam est CON-  
FESSIO (a) eiusdem. Ergo confitere de-  
um tuum coram hominibus, §. 18, idque  
confessione EXPRESSA (b), per orationem  
vel TACITA (c), aliis praeter orationem

E 2 signis,

signis facta, quoties & quomodocunque gloria numinis postulauerit.

- |                      |                              |   |
|----------------------|------------------------------|---|
| (a) Bekentniſ Gottes | (b) in worten, das wörtliche | (c) in der That, das still-schweigende. |
|----------------------|------------------------------|---|

### §. 120.

Signa religionis internae licet non sint necessaria ad edocendum de mente nostra omniscium cordium scrutatorem, M. §. 889, 869, non solum tamen a nobis postulantur ob §. 119. sed etiam, quia sunt conſectaria, sine quibus religio interna, ad quam certiſſime obligamur, §. II - 109, non magis eſte potest, quam ignis ſine calore con-tiguis communicato, M. §. 936,

### §. 121.

Quum pii ab aliquibus honorentur, ſunt, qui timulant internam religionem ad aucupandum inde honorem aliorum, OSTE-N-TATO-RES PIETATIS (a). Vita ostentatio-nem pietatis foedam hypocrisin, §. 116. Quum pii ab aliquibus contemnantur, ſunt, qui ſedulo cauent, ne quid in eorum vi-uendi ratione religionis internae pelluceat. QVOS PVDET PIETATIS (b). Pudor eius-modi quum confessionem dei non expreſſam ſolum, ſed et tacitam impediat in ſilenti-

Ientiaris, pro virili superandus est, §. 120,  
109.

- (a) scheinheilige Prahler      (b) sich der Gott-  
seeligkeit schämen.

### §. 122.

Intempestiuus pudor, si quis te forte pi-  
um iudicarit, quum vincendus sit, §. 121.  
cogita 1) non omnes, qui pium vere ta-  
lem contemnere videntur, eum vere con-  
temnere. Tacite saepe pluris aestimant  
multi, quem apparenter vilipendere co-  
git inuidia; 2) qui nunc vtique contem-  
nunt, olim meliora edocetos hoc magis ho-  
noraturos, quem nunc despiciunt; 3) pau-  
cos esse irrisores vere piorum, si compa-  
rentur cum eorum fautoribus; 4) illauda-  
tissimos hominum esse; 5) plurimos eorum  
momos vniuersales, si nequeunt ob pietas-  
tem, ob alia te rosuros; 6) abnegationem  
vanissimi honoris ab homuncionibus eius-  
modi sperandi, verissimo honore compro-  
bationis diuinae bonorumque laudatissimo-  
rum virorum, abundantissime compensari.  
e. c.

### §. 123.

Quum religio interna ne' dissimulanda  
quidem sit, vbi confessionem dei glo-  
ria poscit, i. e. vbi IN STATVM CONFES-

SIONIS DEDUCIMVR (a), §. 120., multo minus licebit ABNEGATIO DEI (b), i. e. externa declaratio nos eum non agnoscere pro deo, quem tamen pro eodem venerari debemus. Abnegatio dei, quem confessi sumus, est APOSTASIA IN FORO INTERNO (c). Ergo nec licet apostasia, nec BLASPHEMIA IN FORO interno (d), s. contemptus dei externus s. symbolicus per orationem; quem vix possibilem sibi concipit debita deo filialis reuerentia. §. 88. Significatu juris in foro externo consideranda utraque paullo aliter determinanda est.

- (a) in den Stand der Bekentniß gesetzt werden
- (b) Verleugnung Gottes,
- (c) Abfall nach dem innern Richterstuhl,
- (d) Gotteslästerung nach demselben.

### §. 124.

Si vel diri cruciatus et ipsa mors patientia, vel deus abnegandus blasphemandus ue proponantur alicuius optioni: priora electa dicuntur MARTYRIUM. Quid eligendum? §. 24. 123. Si vires corruptae naturae deficiunt, non ad demonstrandam, uti facile est, sed ad agnoscendam et sequendam obligationem, cogita religionem supernaturalem. §. 28.

### §. 125.

Quum nullum momentum sine adoracione

one summi numinis transmittendum, §. 100,  
numquamque deus, nisi suam in gloriam,  
nominandus sit, §. 110. 67, ne abutaris no-  
mine divino, vt iocularibus saepe sermo-  
nibus particulae instar pleonasticae, vel  
supplementi subseruiat. Quicunque DIVI-  
NUM NOMEN non adhibet diuinam in glo-  
riam illo vsus IN UTILITER ET IN VANUM  
ADHIBET (a) peccans, §. 67.

(a) fürt unnütz, entheiligt, misbraucht den  
göttlichen Namen.

## SECTIO XI.

STUDIUM PROMOUENDAE  
RELIGIONIS.

## §. 126.

Si quos docere queas gloriam diuinam,  
in quantum potes, esto doctor pietatis, et  
iuua, quantum potes, eam, ac ipse pos-  
ses, dexterius docentes, §. 118. Ergo ne  
impedias alios in docenda cum fructu re-  
ligione, M. §. 221. Quumque doctorum  
aestimatio sit adiumentum, contemtus im-  
pedimentum doctrinae facilius admitten-  
dae, ad aestimationem religionis doctorum  
confer potius, quam ad contemtum. §.  
109. Caeue, ne doctores pietatis deriden-  
dos propines per male tornatas a particula-

ri, nonnunquam a singulari, ad vniuersales argumentationes. L. §. 237, 333.

### §. 127.

Seu doceas ipse diuina, seu docentes alios iuuare queas anima 1) amplificationem eius a) subiectiuam, qua, quantum fieri potest, plurimi hominum, b) obiectiuam, qua singuli ad vberem, plenam et ipsorum felicitati, quanta potest obtineri, bene completam cognitionem rerum, ad religionem pertinentium, deducantur, 2) dignitatem eius maiestatisque pondus, ut de maximis, grauissimis, essentialibus, et apprime necessariis, ut talibus, potissimum instruantur homines, §. 31, 32. 3) veritatem, §. 118, 126. Ergo esto fautor et amicus tum veritatis in theologicis, tum orthodoxiae inter alios propagandae, §. 32, 114. Caue, ne abusus praetensae orthodoxiae ad persequendos praetensos heterodoxos ad ipsius orthodoxiae, nobilis in gloria diuina partis, contemtum deducat, §. 25, 126. Heterodoxiae suspecti multum impediuntur in docenda cum fructu religione, §. 114. Ergo ne te ipsum, ne quem alium, temere suspectum heterodoxiae reddas. §. 126. Habitus heterodoxiam grauiorem alteri praecepitanter inputandi, est HAERETICOPOEIA(a). Fuge haereticopoeian, §. 35.

(a) die Ketzermacherey.

### §. 128.

§. 128.

Veritas cognitionis diuinae in aliis promouenda quum poscat errorum theologi, corum refutationem, L. §. 507, 521. vel ipse suscipe pro virili, §. 127, nec somnolenter, §. 107, sed feruide, §. 101, L. §. 523, vel alios vere pugnantes bella domini iuuua potius, quacunque possis ratione, quam ut haereticopoeiae suspectos reddas, §. 126, 127. Ne tamen, sub zeli theologici falso titulo, odio in vere vel apparenter errantes satisfasias hypocrita, §. 116. Sophisticationes artesque consequentiariorum in omni refutatione prohibitas L. §. 519, 520. in controuersiis theologicis applicans, siue veras, siue falsas conclusiones defendat, bis peccat. §. 37.

§. 129.

Seu doceas ipse diuina, seu iuuare queas docentes alios, ama 4) claritatem, §. 118. distinctionem, conceptibilitatem, intelligibilitatem, rationabilitatem, §. 41. perspicuitatem, viuiditatem et lucem, quantas veritates proponendae instituendorumque capacitas admittunt, §. 42. 43.

§. 130.

Ne vel ipse doctor religionis sumum mysticum ex fulgore veritatum diuinarum dare labores, amator excedentium allegoria-  
rum,

E §

rum,

rum, longissime petitarum translationum; et si quid aliud obscurat orationem sine necessitate; vel alios, eiusmodi nubes captantes, laude saltim iuues. Idem cavidum qua resolutionem conceptuum L. §. 32. ultra captum eorum, qui docendi sunt, et sine fructu continuatam, §. 129, 126.

### §. 131.

Seu doceas ipse diuina, seu iuuare queas docentes alios, ama 5) certitudinem et soliditatem, non coeca persuasione discen-tium contentus, §. 118. Ergo ne irascaris a te vel aliis prolata, sicuti decet, §. 57, di-judicantibus, immo se nondum conuictos esse ingenue fatentibus, §. 116. Ne impedi-as opus dei, §. 126, abstine a traducen-dis probantibus diuina, sicuti decet, qua possunt, accuratione, sub titulis inepte philosophantium, ratiocinatorumque mysteria rimantium. Nec ab altera parte vel tentes ipse, vel laudando saltim iuues tentantes alios probationem vel demonstratio-nem, neutra indigentium, certe pro nunc et sic, aut tali non indigentium, qualis non nunquam praetenditur, §. 103.

### §. 132.

Seu doceas ipse diuina, seu iuuare queas docentes alios, ama 6) vitam cognitionis sacrae, §. 118. Quicquid flosculorum ora-torio-

riorum, historicorum, philologicorum, philosophicorum minus foecundum foecundiora supprimeret, scandalorum instar, ne quaeras ipse, ne laudando quidem in aliis soueas, §. 109. Confer tamen et hic §. 70.

## SECTIO XII.

## PIVM EXEMPLVM.

## §. 133.

Ad quaerendam illustrationem gloriae diuinae maximam obligaris, §. 67. Iam quo plures, vt possunt, plurimum illustrant gloriam diuinam, hoc maior est extensio diuni nominis illustratio. Ergo quicquid conferre potes ad id, vt quam plurimi illustrent gloriam diuinam, ad id obligaris. EXEMPLUM ALIIS PRAEIT (a), qui eorum agentium causa exemplaris est. PIUM hinc ALIIS EXEMPLUM PRAEIT (b), qui causa exemplaris est piarum ab aliis patrandarum actionum. Ergo si tuum exemplum potest aliquid conferre ad id, vt alii gloriam diuinam illustrent, pium aliis exemplum praei.

(a) jemanden zum Beispiel der Nachahmung dienen. (b) andern an sich ein gott. seeliges Beispiel geben.

## §. 134.

Obscurationes gloriae diuinae tantum vita, quantum potes, §. 25. Ergo etiam ab

ab aliis patrandas, §. 133. Caue, ne cui sis scandalum, §. 109, 22. Ergo vita etiam habitum aliorum pietati remoras obiciendi. **S C A N D A L O S I T A T E M** (a) (vitam scandalosam), idque eo magis, quo plures forsitan exemplum tuum sequerentur, §. 133. Actio alias bona, impedimentum autem pietatis in altero, alterius tamen pietatem impediens, est **S C A N D A L U M A C C E P T U M** (b), actio autem, etiam alias mala et praeterea impedimentum simul pietatis in altero idem praestans est **S C A N D A L U M D A T U M** (c). Scandalum datum in altero impietatem efficiens est **S E D U C T I O** (d). Hoc magis et seduētio et omne scandalum dannum cauendum est, quo magis ille, cui datur, imitatione regitur, et exspectatione casuum similium, qui daret, in aliqua constitutus est auctoritate, L. §. 504.

- (a) ein ärgerliches, ein anstößiges Betragen,
- (b) ein genommenes Aergernish,
- (c) ein gegebener Anstoss,
- (d) Verfürung.

### §. 135.

Non danda solum scanda vita, §. 134. omnia, §. 10, sed et accipienda, quorum bonitas non est maior, quam officium promouendae eius, qui scandalum sumit, pietatis per omissionem actionis eiusmodi, §. 134, 24. Ne tamen taedia et sinistra male feriatorum nonnunquam hominum iudicia cum

cum scandalis confundas. §. 109, 35. Quo minus interim pietas nostra ab imitatione aliorum, per exspectationem casuum similium, pendet, hoc minus et accipiemus scandalorum, et hoc minus danda forsan apud nos habebunt efficaciae, §. 134.

### §. 136.

Orationes, precum internarum symbola, sunt PRECES EXTERNAE (a). Ad has attentionem propriam promouentes, §. III. aut alios aedificantes, §. 133, obligaris, ita ramen, vt inde ne vel datum ex battologicis, §. 96. aut hypocriticis, §. 116, vel acceptum melius vitandum, oriatur scandalum, §. 135.

(a) das äusserre Gebet (des Mundes.)

### §. 137.

Oratio grati animi symbolum, est GRATIARUM ACTIO (a), honoris symbolum, LAUS (b) est. Illa ad gratum animum erga deum, §. 79, haec ad adorationem summi numinis excitans, §. 87, tam te, quam alios §. 133, suscipienda est cum conuenientissimis, §. 10. summae reuerentiae timoris que filialis raciti signis, §. 88, 120. Gratias age deo, lauda deum, et non interne solum, sed et externe, dei reuerentissimus esto. GRATIAS REFERRE (c), est aut benefacto-

ri benefacere, quod deo a nobis fieri non potest, M. §. 903, 851. aut factis, praeter verba, etiam aliis gratum animum testari, et potest, et debet fieri, §. 80. deo praestita gratiarum actio tacita.

(a) Danksagung    (b) Lob    (c) thätlich  
Dank erweisen, erzeigen.

### §. 138.

**IRREUERENTIA EXTERNA ERGA DEUM** (a) est complexus signorum irreuerentiae internae erga eundem. Haec vel cum irreuerentia interna coniuncta est, peccatum sine controuersia, §. 89, vel simulari ponitur a reuerito deum, ut decet. Si simularetur irreuerentia externa erga deum, vel illud potissimum fieret ad illustrationem gloriae diuinae, vel ob alium finem. Si ob alium finem, peccaretur, §. 67. Si potissimum ad illustrationem gloriae diuinae irreverentia externa erga eundem simularetur, minus commodum medium illustrandae gloriae diuinae male tamen praeponeretur commodiori, §. 118, 137. Ergo nec simula-  
da quidem est erga deum irreuerentia.

(a) acusare Unehrerbietigkeit gegen Gott.

### §. 139.

Cantilena et odae sacrae, in primis laudem diuinam pro themate habentes, s. HYS.

MNI

M N I (a), quum aedificationi praesertim sensitivae, §. 69. tam tuae quam aliorum aptissimae sint, §. 137, his etiam viendum est, §. 112, 118. Tantis autem usibus commoda cantica sacra risui exponere, aut per associationem idearum cum profanis eorum phrases combinare, scandalum est, §. 109, datum vitandum, §. 134, 135. Rarissimi sunt canticis extemporaneis fundendis sufficientes. Ergo, ex canticorum etiam utilitate, elucet precum non symbolicarum solum, sed et formulariarum, utilitas, §. 99.

(a) Lob-Lieder.

### SECTIO XIII.

#### PIAE CEREMONIAE, E. C.

##### S. 140.

Identitas in pluribus actionibus observabilis M O S (a) est. MORES HOMINUM vel ab arbitrio hominum proprius dependent ARBITRARII (b), vel minus, NATURALES. Mores plurium hominum externi arbitrii, in quos certis in negotiis observandos conuenerunt, R I T U S (c) sunt. Ritus officiorum signa CEREMONIAE (d) sunt. Ergo ceremoniae sacrae sunt ritus officiorum pietatis signa, eruntque vel mnemonicae, vel demonstrativa, vel prognosticae, M. §. 348. Ne tamen omnes ritus sacros in ce-

remo-

remoniis habens ineptus sias interpres sensus illorum mystici, quem non habent.

- (a) eine Weise
- (b) Sitten
- (c) Gebraeuche
- (d) etwas bedeutende Gebraeuchie.

### §. 141.

Signa quum media sint, M. §. 348, signa officiorum pietatis optima erunt 1) opumo fini subordinata, M. §. §. 884, 2) certissima, M. §. 885, 3) foecundissima, M. §. 886, 4) finem ex asse consequentia, M. §. 887, et id quidem 5) via brevissima, M. §. 888. Iam ad eligenda pietatis signa optima obligaris, §. 120, 10, hinc quae praferenda sint aliis, ex his criteriis dijudica. §. 57.

### §. 142.

Quum omnia pietatis signa debeant optimo tuo fini, religioni, §. 27, subordinari, §. 141, denuo patet, vitanda omnia, quae feruntur pietatis signa, tamen existentes in te pietatis cognoscendae prorsus non sunt media; ergo tales etiam, quae sacrae dicuntur, ceremonias, §. 140. CEREMONIAE SUPERSTITIOSAE (a) sunt signa superstitionis. Ergo caue a ceremoniis superstitionis, §. 105. Neque tamen cum superstitionis ceremoniis confundas, quas hic vel ille forsitan ex superstitione suscepit aut suscepit olim, aut aliquando suscipere potest, §. 35. Abstine a signis, pietat-

pietatis quae putantur signa, hinc et ceremoniis, operis operati, religionis exteriores, & hypocriticis, §. 115, 140.

(a) Abeglauben verrathende Gebräuche.

### §. 143.

Certitudo signi postulat, ut reuera 1) id signatum, quod significare putatur, et quidem 2) tantum significet, quantum putatur, §. 347, 885. Hinc signum apparenſ et incertum, defectu requisiti secundi ad optima signa, laborat. §. 141. Quia signa pietatis apparentia vitanda sunt, denuo patent demonstrata, §. 142. Quo facilius ex signo signatum cognosci potest, hoc signum est certius. Ergo signa pietatis illa potissimum eligenda sunt, ex quibus facilime signatum cognosci potest. Signa essentialia ob maiorem similitudinem signati cognitionem facilitant, M. §. 349, 512. Ergo signa pietatis, hinc et ceremoniae sacrae, §. 140, quantum fieri potest, essentialia sunt, §. 141.

### §. 144.

SIGNUM plurium significatum est AMPHIBOLICUM (a) (ambiguum). Si vnum signatorum difficilius ex signo ambiguo cognoscitur, quam alterum, ambiguitas minor est, crescit autem, quo propius ad

F aequa-

aequalitatem inter se accedunt facilitates signata diversa ex signo cognoscendi. Ex signo ambiguo determinatum aliquod signatum difficulter cognoscitur, quae difficultas crescit ambiguitate crescente. Ergo signum ambiguū incertum est, quoque magis ambiguū est, hoc est incertius. Hinc abstine, si potes, a signis pietatis ambiguis, praesertim ubi maior est ambiguitas, et signata alia a pietate admodum aliena sunt. §. 143.

*ange (a) ein zweideutiges Zeichen.*

### §. 145.

Quo plura pietatis officia per signa pietatis in genere ceremoniasque sacras exprimuntur, hoc sunt foecundiora: hoc ergo magis appetenda, §. 141. VANUM (superfluum) IN SIGNIS (a) est, cui nullum signatum respondet. Vana et superflua in signis pietatis ceremoniasque sacris, quum impedianter ea finem exesse consequi, vietentur, sint illa potius, quae possunt esse, breuissima, §. 141.

*(a) das Eitle der Zeichen.*

### §. 146.

Conuersatio piorum inter se ad suam cniusuis et reliquorum aedificationem instituta, quum aptius religionis internae in te

te et aliis promouendae sit medium, §. 111.  
 133, ne negligas eandem, vbi compos eius  
 possis fieri, multo minus contemnas aut  
 eius te pudeat, §. 122. Vitentur tamen in  
 eadem non data solum, sed et accepta  
 sine necessitate, scandala, §. 135. Nec pro  
 officio piae conuersationis habeatur nullum  
 verbum loqui, nisi quod immediate et  
 proxime ad aedificationem faciat, §. 103.

## §. 147.

In iureuando declaramus, vel tacite,  
 vel expresse, non solum nos deum vene-  
 rari, sed et omniscium, iustissimum, auer-  
 fantem mendaia, peccata, mala, sanctis-  
 sum, benignissimum. Eiusmodi ergo  
 assueratio religiosa est medium admodum  
 certum, soecundum et breve significandae  
 pietatis, §. 143. 144, ergo minime relien-  
 dum, §. 141, sed ob eandem rationem ca-  
 uendum iusiurandum vanum, i. e. cui si  
 gnata iam enumerata non respondent,  
 §. 145.

## §. 148.

Vitanda iuraiuranda vana, §. 147. Er-  
 go proverbia mere consuetudinaria, for-  
 mulae iuratoriae, magis tamen ob §. 125.  
 Caue iuraiuranda superstitionis, §. 106, aut  
 deum tentantia, §. 84, et per alium facta,  
 quam per deum, idololatrifica, §. 147. 87.

F 2 Per,

Periurium quum declaret impietatem, §. 147, est vitanda erga deum irreuerentia externa, §. 138. Ergo pacto nudo accedens iusjurandum fortiorum reddit ad seruandum pactum obligationem, ne pacto infraicto simul committatur actus impietatis eminenter dictae, §. 105.

## §. 149.

ACTIONES cultus externi partes, quarum nexus cum religione interna manifestior est, sunt RELIGIOSAE STRICTIUS DICTAE (a), earumque fideliter obseruandarum habitus RELIGIOSITAS SIGNIFICATU BONO (b), quae SIGNIFICATU MALO (c) est maior habitus operis operati. Prior est consectarium pietatis, sine quo existere nequit. VERITAS MORALIS (d) est conuenientia signorum MENTIS TUAE (e), (i. e. complexus eorum, quae ponis,) cum eadem. Ergo in religiositate sit veritas moralis, §. 110-138.

- (a) merckliche gottesdienstliche Handlungen
- (b) Gottesdienstlichkeit in guter (c)
- in schlechter Bedeutung (d) littliche
- Wahrheit (e) deine Gesinnungen.

## CAPUT II.



85

## CAPUT II.

# OFFICIA ERGA TE IPSUM.

## SECTIO I.

### COGNITIO TUI IPSIUS.

#### §. 150.

OFFICIA ERGA TE IPSUM (a) sunt, quorum ratio perfectionis determinans est in te ipso ponenda realitas, siue proprius animae, siue corporis, siue status externi realitates augeat. Haec tibi, quantum potes, praesta. §. 10.

(a) Pflichten gegen dich selbst.

#### §. 151.

Officiis erga te ipsum oppositae actiones morales, sunt PECCATA CONTRA TE IPSUM (a), siue proprius animae, siue corporis, siue status externi realitates immunduant. Haec fuge, §. 150. Sicut obligaris ad virtutes erga te ipsum, §. 22; ita ad vitanda teneris te imperfectiorem redendentia vitia, §. 23.

(a) Sünden gegen dich selbst.

F 3

§. 152.

## §. 152.

Obligaris ad perfectiones tuas omnes appetendas, imperfectiones auersandas, quantum potes, §. 150. 151. ergo & sensitiae, M. §. 676, et rationaliter, M. §. 689. Iam vero nec appetere, nec auersari potes vel sensitiae, vel rationaliter, nisi vel sensitiae, vel rationaliter cognitas, M. §. 664. Ergo perfectiones imperfectionesque tuas nosce, quam fieri potest, viuidissime, M. §. 531, et distinctissime, M. §. 634.

## §. 153.

Perfectio nequit clare distingue cognosci, nisi cognoscatur eius ratio determinans, M. §. 94., imperfectio nequit clare distingue cognosci, nisi cognoscatur id, in quod mala non consentiunt, M. §. 121. Iam vero perfectionum per officia erga te ipsum quaerendarum est in te ipso ratio determinans, §. 150: tuum est, quod imperfecti- nibus per officia erga te ipsum fugiendis demur, §. 151. Ergo ut possis pro debito perfectiones imperfectionesque tuas nosce, nosce te ipsum, quantum potes, §. 152.

## §. 154.

Ad opera dei, quam potes, optime cognoscenda obligaris, §. 31. 55. Iam vero, quantus quantus es, es opus dei, M. §. 929, et

et id quidem, quod in operibus dei optimo, id est uberrime, proportionalissime, verissime, clarissime, certissime, ardentissime cognoscere potes, M. §. 508, 669. Ergo ad talem tui cognitionem obligaris per ipsam religionem. Idem patet inde, quod summa ex operibus diuinis haurienda satisfactio, §. 73. animus sua sorte pie contentus, & in prouida dei gubernatione plenarie acquiescens, §. 75, voluntasque totalliter in diuinam resignata, qualis esse debet, §. 80. e. c. sine curationi sui notitia esse non potest.

## §. 155.

Ad uberrimam, quae in te cadit, tui cognitionem quum obligeris, §. 153, 154, vira in te omnem tui ignorantiam tibi vincibilem. Quumque tui ipsius cognitione omnium aliarum finitarum rerum et tibi sit melior, §. 153, et foecundius gloriae diuinae medium, §. 154, ad hanc quaerendam, ad tui ignorantiam fugiendam magis obligaris, quam ad quaerendam cognitionem, ad fugiendam ignorantiam omnium aliarum finitarum rerum, §. 10. Hinc si curiosior extra, supra, infra, iuxta te possitorum indagatio peregrinum te domi tuae redderet, hanc potius omitte, quam tecum habitare negligas. §. 24. Quo plus veritates ad tui cognitionem faciunt, hoc eas

F 4 plu-

pluris aestuma, §. 10. M. §. 337. neque ramen eo mediate tantum facientes, cum nihil eo prorsus facientibus confundas. Ad maximam, A. §. 177. te dignissimam, A. §. 183-185. proportionalissimamque tui cognitionem quum obligeris, §. 154, A. §. 189. nihil in rebus ad te pertinentibus temere pro nugis omni attentione tua indignis habeas, A. §. 191. tenuibus tamen minimam, A. §. 202. et ut obiecta crescunt, ita maiorem iis attentionem impende, A. §. 208. ut grauissimis vis eius efficacissima seruari consecrarique possit vnicce. A. §. 203. Id enim spiritu finito, qui non potest omnia aequali in luce videre, rerum suarum sata gente dignum est. A. §. 352-422.

### §. 156.

Ad verissimam, quae in te cadit, exactissimamque cognitionem tui quum obligeris, §. 153, 154: errorem circa te ipsum vitatus, §. 155, 154. vita eius fontem praedi- cium nimiae tam confidentiae, quam differentiae erga te ipsum. Quumque tibi ipse sis incomprehensibilis, M. §. 862, per te ipsum, certissimam instantiam, infringe maioris illius vniuersalitatem: quicquid ego non comprehendo, non existit, non est possibile. L. §. 536.

### §. 157.

Clarissimam, quae tibi possibilis, tui cogniti-

gnitionem quaesiturus, §. 154, non qualita-  
tes solum in te obuias, sed et quantitates,  
et gradus, §. 155. non phaenomena solum,  
sed et eorum rationes indaga. Distinctis-  
simam, quam potes, tui cognitionem ut  
acquiras, §. 153. ad statum tuum saepe at-  
tende, reflecte circa varia eius, eaque in-  
ter se compara, e. c. L. §. 33. M. §. 63.  
Quod quum fieri commode nequeat ani-  
mo ad alia magis attento aut distracto, M.  
§. 638, hoc officium admodum iuuabit cer-  
tis temporibus suscepta **TUI EXPLORATIO**  
(a), i. e. animi ab heterogeneis abstracti et  
collecti de statu tuo meditatio: nunc pro-  
spiciens in futura, quae primis philosophis  
commendabatur matutina, nunc respici-  
ens in præterita, quae iisdem vespertina,  
nunc circumspiciens praesentia.

(a) Selbstuntersuchung, über sich selbst nach-  
denken.

### §. 158.

Quia status tuus moralis tibi notior esse  
potest non morali, M. §. 723, illiusque per-  
fectiones vel imperfectiones tantum a te  
propius dependeant, hinc cognitionis eius  
plura motiva habeas, §. 153, 152, in stati-  
bus tuis Morales clarissime noscelabora, §.  
157. Qui notabili attentione status sui mo-  
ralis praesentis sibi conscius est **MORALI-**

**T E R V I G I L A T** (a). Cuius attentio ad statum suum moralem praesentem notabiliter remittitur ob distractionem per plura, aut attentionem intensiorem ad admodum heterogena, illi **M O R A L I S V E R T I G O** (b) tribuitur vel etiam ebrietas, M. 554, cuius habitus est **T E M U L E N T I A M O R A L I S** (c).

(a) schlaeft sittlich      (b) ein sittlicher Schwundel und uneigentlicher Rausch      (c) die bloß sittliche Trunkenheit.

### §. 159.

Quantum potes, moraliter vigila, §. 157, 158. Ergo quaere habitum moraliter vigilandi **M O R A L E M V I G I L A N T I A M** (a), eo magis, quo plurium, quo grauiorum officiorum aliorum est conditio, sine quanon. In quo attentio ad statum suum praesentem moralem prorsus exstinguitur, **M O R A L I T E R O B D O R M I T** (b), dum cessat haec attentio, **H O M O M O R A L I T E R D O R M I T** (c), si clarescit eadem denuo, **H O M O M O R A L I T E R E V I G I L A T** (d). Quo magis vitandus somnus moralis, hoc curatius cauenda, crebrior praesertim, vertigo moralis et temulentia, longior praesertim, ad eum facile deducens, §. 158.

(a) die sittliche Wachsamkeit      (b) sittlich einschlafen,  
 (c) sittlich schlafen  
 (d) sittlich erwachen.

### §. 150.

COGNITIO TUI IPSIUS. 159

§. 160.

Status tuos praeteritos, praesertim morales, §. 158, clare tibi repraesenta, quantum potes, §. 157, quod si fiat in exploratione tui erit VITAE ANTEACTAE REPUTATIO (a). Nec contemnenda sunt iuuandae reminiscentiae adminicula DIARIA (b), s. rerum ad te pertinentium chronologicae annotationes: ne obliuiscaris status tui priostini, M. §. 549.

(a) in sein bisheriges Leben zurückdenken

(b) Tagebücher.

§. 161.

Caeue, ne vel praeteritum, vel praesentem, vel futurum tuum statum, praesertim moralem, alium tibi singas, quam versus, §. 156, M. §. 590. SOMNIA MORALIA (a) sunt status nostri, praesertim moralis, representationes chimaericæ. Ergo caue a somniis moralibus, siue dulcia fuerint, siue formidolosa, seu praesentem, seu praeteritum, seu futurum tibi tuum statum videantur repraesentare.

(a) fittliche Traeumereien.

§. 162.

Quoniam status, etiam futuri, tui clara, quae acquiriri a te potest, poscitur cognitio,

92 P. I. C. II. S. I. COGNITIO TUI IPSIUS.

tio, §. 157. denuo patet, cur non sit in diem viuendum, §. 97, praeuidendum potius, quis olim futurus sis, M. §. 595. praesertim qua statum moralem, §. 158. Status tui, praecipue morales, quo clarius olim sentiendi, hoc iam nunc clarius praecipiendi sunt, M. §. 597, qualis mors, M. §. 676, et status post mortem, M. §. 791. Memento mori, meditare mortem, §. 157, sequuturamque vel beatitudinem, vel damnationem, M. §. 791 et id quidem pro gravitate negotii cum rebus huius vitae comparati, §. 155.

§. 163.

Quia clarior est praevizio praefagio coniuncta, quam sine eo, M. §. 610. ne negligas praefagia per exspectationem casuum similium, praeumptionem, M. §. 612, et prouidentiam praecipue, M. §. 641 tibi possibilia. §. 162 vnde consequaris *ad au<sup>m</sup>ato<sup>r</sup>iam* et *nil admirari* illud, quod tantopere veteres commendant, quantum illud ab homine, qualis tu, potest obtineri. M. §. 688. Caue, dum potes, in rebus tuis illud: **NON PUTARAM**, quantum vales, i. e. tam defectum praefagii, quam vana praefagia, M. §. 617. ergo et ridiculas diuinandi artes, M. §. 616.

SEC-



## SECTIO II.

## DI IUDICATIO TUI IPSIUS.

## §. 164.

Quum omnis tui cognitio ad te diiudicandum requiratur, §. 153 M. §. 606: esto tui iudex. Quae diiudicatio tui ipsius ut sit satis plena et completa, §. 155. non perfectiones tuas solum, sed et imperfectiones, non imperfectiones solum, sed et perfectiones, non qua solam existentiam, sed et qua rationes et gradus earum, pro virili, diiudica. M. §. 155. L. §. 409. Ut diiudicatio tui ipsius sit satis grauis et proportionata, §. 155. cognitionem graduum in perfectionibus imperfectionibus tuis eo praesertim adhibe, ut in minimarum intuitum minimas, in maiorum maiores, in maximarum intuitiuam contemplationem maximas iudicii vires impendas, et in quauis denuo classe moralibus perfectionibus imperfectionibusque praecipue, §. 158.

## §. 165.

Ut diiudicatio tui sit satis vera et exacta, §. 164, 156. perfectiones veras & apparentes, bona vera et apparentia, imperfectiones veras et apparentes, mala vera et apparentia, praesertim in moralibus, dignitate, 1) ne fallas tuas perfectiones vel imper-

perfectiones, 2) ne falsas earundem rati-  
ones pro veris habeas, 3) ne fortunae im-  
putes, quae tua sunt, 4) ne fortuita tibi,  
M. §. 912, vtque 5) tuo te pede ac modulo  
metiaris, §. 156,

## §. 166.

Vt diiudicatio tui sit satis clara, §. 157,  
ne deneges attentionem illi necessariam, M.  
§. 529, quae si ad singulas perfectiones im-  
perfectionesque non sufficerit, ad eas po-  
tissimum attende, quarum clara cognitio  
tibi maxime proderit, §. 150, 164. Iam ve-  
ro futurarum tuarum perfectionum imper-  
fectionumque clarior intuitus, motuum  
vel stimulus has auersandi, illas appetendi,  
M. §. 665. magis proderit, quam diducta  
contemplatio praeteritarum. Ergo si quae-  
dam perfectionum imperfectionumque tu-  
arum clarius obuersari animo minus pos-  
sint, obliuiscere praeteritarum futuris in-  
tentus, §. 164.

## §. 167.

In praesentibus et praeteritis tuis perfe-  
ctionibus et imperfectionibus moralibus,  
harum tibi magis prodest clarior intuitus,  
quam illarum, quia ardentior est, M. §. 669.  
Ergo minus sufficiens ad utrasque aequa  
viuide

viuide cognoscendas, imperfectiones tuas  
morales potissimum attende, §. 166.

## §. 168.

Habitus de perfectionibus suis recte iudicandi est IUSTUM SUI AESTIMIUM (a). Habitus de imperfectionibus suis recte iudicandi est HUMILITAS (b). Iuste te aestima humilis, §. 164. Iustus sui aestimator, quid boni egerit, minus meminit, et metitur, quam quid adhuc agendum boni supersit, et quantum, §. 166, praesentibusque suis perfectionibus moralibus, si quas habet, minus attendit, §. 167. Ad humilitatem obligatus non obligaris ad errorem. §. 7. Ergo non est humilitatis 1) agnoscere in te ipso imperfectiones, quae non sunt tuae, 2) pro imperfectionibus habere, quae sunt in te, sed non sunt imperfectiones 3) minorem bonis tuis, etiam moralibus, gradum tribuere, quam qui verus est, 4) maiorem malis tuis moralibus gradum tribuere, quam qui est, §. 164.

(a) gehörige Selbstachtung (d) Demuth,

## §. 169.

HUMILITAS aliquas tantum imperfectiones suas concedentis, INCOMPLETA (a) (particularis) est, omnes autem agnoscens, COMPLETA (b) est (vniuersalis). Ad polte-

posteriorem quum obligeris, §. 168, 169, sedulo cauendum ne cum admodum incompleta confundatur, qua quis facillime quosdam in se defectus admittit, praesertim eos, qui signa maiorum perfectionum putantur, et se ideo admodum humilem aestimat. §. 156. Humilitas te magis ad imperfectiones tuas morales praesentes attentionum reddet, quam ad perfectiones, et in posterioribus etiam eos naeuos deteget, ut aliis saepe satisfaciens ipse tibi tamen non satisfacias, §. 167.

(a) unvollstaendige      (b) vollstaendige Demuth.

### §. 107.

Actionum gradus maiores moraliter possibilibus sunt EXCESSUS (a), minores sunt DEFECTUS STRICTE DICTI (b). Tam excessus, quam defectus stricte dicti peccant, §. 10, 8. Habitus nec in excessu, nec in defectu peccandi est MEDIOCITAS MORALIS (c), scilicet virtus actiones suas liberas nec intendendi, nec remittendi ultra vel infra id, quod moraliter possibile est. Ergo in quibuscumque generibus officiorum non obligamur ad eum gradum omnem actionum, qui nobis physice possibilis est, datur excessus et defectus, et optanda mediocritas, §. 10. Hinc in omni officio, si a summa religione discesseris, §. 28, datur exces-

excessus, sicut defectus stricte dictus, §. 24.  
Respectu omnium officiorum, exceptis iis,  
sine quibus summa religio existere nequit,  
quaerenda mediocritas moralis, §. 25.

(a) was zu viel      (b) was zu wenig gethan,  
geschieht, geschehn wird.      (c) die gold-  
ne Mittelmaessigkeit.

## §. 171.

Excessus in aestimatio sui, scilicet tribuendis sibi perfectionibus, est ARROGANTIA (a). Hinc arrogantis est, 1) perfectiones sibi vel praeteritas, vel praesentes, vel futuras adiudicare quae ipsi non conueniunt, 2) perfectionum sibi conuenientium maiorem sibi gradum tribuere, quam qui ipsi conuenit, 3) perfectiones ipsas, quas in se deprehendit, pluris aestimare quam aestimandae sunt. Hoc praesertim arrogantiae genus PEDANTISMUS vocatur.

(a) Uebermuth.

## §. 172.

Arrogantis est 4) bona fortunae sibi imputare, 5) bona etiam moralia sibi soli accepta ferre, 6) nobiliores veris actionum suarum aliqualiter bonarum elateres fingere, immo etiam 7) veris perfectionibus sibi vere tributis, in vero gradu, vereque aestimatis plus attendere, quam permittit

G humi-

humilitas, §. 169. Singula haec vita, §. 170, 165.

### §. 173.

Defectus stricte dictus in iusto sui aestimio est ANIMI ABIECTIO. Ne sis animi abiecti, § 170, 168. Ergo caue, 1) ne perfectiones tibi praeteritas, praesentes vel futuras deneges conuenientes tibi tamen, et id quidem circa futuras maxime vita, quia earum falso praeuisa impossibilitas ab earum appetitu male retrahet, M. §. 666, 2) imperfectiones tibi conuenientes ne maiores, perfectiones ne minores statuas tibi conuenire, quam quantae conueniunt, 3) ne perfectiones ipsas, quas negare non potes tibi conuenire, minoris aestumes, quam quanti vere aestumanda sunt, §. 171.

### §. 174.

Ex abiectione animi 4) ne mala fortunae tibi imputes, qua talia, 5) mala moralia etiam singula ne praecipitanter habeas pro irreparabilibus, §. 165, 6) ne tibi spuria motiva vel stimulos vel fuisse, vel esse singas, vbi vera et rectos habuisti vel habes, 7) ne veris etiam moralibus imperfectionibus tuis, praesertim praeteritis, plus attendas, quam iustum tui aestimium et futurorum praeuisio permittit, §. 166, 168.

## SECTIO

SECTIO III.  
OFFICIA ERGA CONSCIENTIAM.

§. 175.

Perfectio tua et imperfectio moralis, quum ex bonis malisque tuis liberis determinationibus oriatur: M. §. 723, earumque bonitas vel prauitas cognoscatur, vbi sub lege subsumuntur, §. 10. philosophice cognitus tuam beatitudinem vel corruptionem moralem, M. §. 787. 788, examina liberas tuas determinationes eas sub lege subsumens, s. legem ad eas applicans. §. 164 post conscientiam facti, quod sit, vel faciendum est, per conscientiam legis, P. P. P. §. 126, 200.

§. 176.

Minima conscientia esset vnici tantum minimi facti tui agnitione pro tuo, et sub vni- ca lege minima in minimo veritatis, claritatis, certitudinis et vitae gradu facta agnitione pro tuo et subsumtio, §. 175. Quo plura ergo, quo maiora facta nostra, quo ve- rius, quo clarius, quo certius, quo arden- tius pro nostris agnitionibus quo ma- ioribus fortioribusque sub legibus, quo ve- rius, quo clarius, quo certius, quo arden- tius subsumimus, hoc maior est conscienc- tia, M. §. 160. Ad maximam tibi possibi-

G 2 lem

lem conscientiam obligaris. §. 175. Ergo pro virili, ad plurima facta tua, grauissima maxime, protuis agnita, quantum potes, verissime, e. c. plurimas, supremas maxime vitae beatae, leges in summo ribi possibili veritatis, claritatis, certitudinis et vitae gradu §. 154. fac applies. Quo plures leges facta sua determinaturas, quo plura facta sua legibus his subsumenda nouit, hoc est INSTRUCTIONIOR (a), quo plures leges et facta eiusmodi ignorat, hoc est RUDIOR CONSCIENTIA (b). Instrue conscientiam tuam, quantum potes. Grauitati legum, iis ad facta applicandis, grauitati factorum, iis sub legibus subsumendis congruentes attentionis vires adhibens est CONSCIENTIA PROPORTIONALIS (c), (grauius et mascula) grauioribus minus attendens, ac deberet, LEUIS (d), minoribus ultra possibilitatem moralem intenta dici potest MICROLOGICA (e). Quaere conscientiam, quantum potes, proportionalem, fugie et leuem, et micrologicam, §. 164. P. P. §. 201.

- |                                     |  |
|-------------------------------------|--|
| (a) ein ununterrichteteres          | (b) ein roheres                        |
| (c) ein männliches, starkes, reifes |  |
| (d) ein leichtsinniges              | (e) das Gewissen eines Mücken-Seigers. |

### §. 177.

Conscientia dum factum nostrum sub lege

ge subsumit, ratiocinatur, §. 175. nunc distinctius per rationem, L. §. 204, nunc confusius analogi rationis quasi ratiociniis, M. §. 640, 646. Iam omne ratiocinium vel verum, vel falsum. L. §. 230. Ergo et ratiocinium conscientiae. **CONSCIENTIA** vere ratiocinans dicitur **RECTA** (a): falso ratiocinans est **ERRONEA** (b). Quaere rectam, fuge erroneam, §. 176. Falsissima ratiocinia possunt habere veras conclusiones. L. §. 415. Ergo si vera fuerit conscientiae tuae conclusio, ne eam ideo statim pro recta conscientia habeas. L. §. 230. Ratiocinium falsum vel peccat in materia, vel in forma, vel utrumque. L. §. 232. Peccans in materia vel habet falsam maiorem propositionem, vel minorem, vel utramque. Ergo conscientia erronea vel 1) falsam legem applicat, vel 2) falsum factum subsumit; vel 3) utrumque, L. §. 321. vel 4) verum factum verae legi subsumit illegitime, vel 5) illegitime subsumens simul peccat in materia. §. 175. L. §. 231.

(a) ein richtiges (b) ein irrendes Gewissen.

### §. 178.

1) Ne falsas leges pro veris habeas: 2) ne facta tua tibi aliter repraesentes, quam sunt, ne tua pro non tuis, non tua protutis habeas. P. P. P. §. 125-148. 3) ne in rati-

G 3 ciniis

ciniis conscientiae virium formae committas. §. 177. Hinc a) ne ratiocinium conscientiae tuae temere ingrediantur quatuor termini, quando e. g. a) lex alias determinationes pro subiecto, medio termino, factum tuum alias determinationes pro praedicato habeat, aut b) factum tuum subiectum minoris et subiectum conclusionis non sit idem, aut v) praedicatum legis maioris, et conclusionis differant. L. §. 222. b) Ne concludas temere ex meris particularibus, e. g. si lex non nisi particularis fuerit L. §. 237. c) Ne concludas temere ex meris negatiis, e. g. si factum tuum non fuerit contentum sub iis, de quibus lex aliquid negat, ideo ipsi praedicatum legis conuenire non sequitur, sicut nec sequitur illi repugnare. L. §. 238. d) Conclusio conscientiae ne sit temere universalis, si vel factum vel lex fuerit particularis, L. §. 240. e) ne sit temere affirmans, vbi vel maior vel minor negauerit. §. 177. L. §. 241.

### §. 179.

Rectitudo conscientiae augetur simul, quo magis instruitur veris conscientia, §. 176. 1) aucta vera legum cognitione, 2) factorum, 3) crebriori horum sub illis substantione, §. 177. 175. Ergo inexcusabilem ignorantiam iuris et legis, sicut errorem, vita. P. P. P. §. 171. Esto pro virili studi-  
osus

osus legum tibi praescriptarum. P. P. P. §.  
76. In quarum cognitione quum veritas  
multum promoueatur cognitione animae  
earundem, s. rationis: leges tuis factis ap-  
plicandas philosophice cognosce, quantum  
potes, §. 177, 164. P. P. P. §. 27.

## §. 180.

Quoniam leges morales vel sunt natura-  
les vel positivae, vel utrumque; consci-  
entia subsumet facta nostra vel legibus natu-  
ralibus, vel positivis, vel utrisque. P. P. P. §.  
63. Quae naturalibus legibus subsumit facta  
nostra, CONSCIENTIA NATURALIS(a)est.  
Quaere conscientiam naturalem, quantum  
potes, §. 176. Ergo et cognitionem legum na-  
turalium, eamque philosophicam, §. 177, tam  
externarum s. cogentium, quam interna-  
rum. Ergo ne negligas ius naturae, nec  
ethicam, §. 1. etiam philosophicam, §. 2,  
nec ullam legum naturalium scientiam. P.  
P. P. §. 78, 79.

(a) das natürliche Gewissen.

## §. 181.

Plurima, quae potes, facta tua quum le-  
gibus subsumenda sint, §. 179, excusso so-  
mnio morali de factorum singularium in-  
differentia, §. 161. M. §. 654. quot potes,  
facta tua subsume legibus praeterita, con-

G 4

SE

SEQUENTI CONSCIENTIA (a), praesentia, CONCOMITANTI (b), futura, ANTECEDENTE CONSCIENTIA (c), M. §. 298, sed ita tamen, ut si aequae curate nequear consequens, antecedens, et concomitantans exerceri conscientia, preeferas antecedentem consequenti, et concomitantem in prauitatis suspectas actiones maxime dirigas, §. 166, 167.

(a) das nachfolgende, (b) das begleitende  
(c) das vorhergehende Gewissen.

### §. 182.

Ad summum claritatis gradum, quem assequi poteris, quia obligaris, qua rationicia conscientiae, §. 176, quaere leges, quaere facta tua, quaere nexus inter ea tibi tam viuide, tam distincte ob oculos ponere, quam potes, §. 177. M. §. 531. Ergo per ipsam conscientiam cole intellectum et rationem, M. §. 645, non neglecto tamen posterioris analogo, si quando defecerit distinctio, M. §. 640. P. P. P. §. 95. Distinctionis in argumentis conscientiae multum augebitur amor, si confusio mater conscientiae errantis, M. §. 578. et conscientiae errantis cogitetur infelicitas, M. §. 788.

### §. 183.

Denuo obligaris ad conscientiam vigilan-

lantem, et vigilem, fugiendamque dormientein, §. 182, 181. Quumque vigilans conscientia concludat factum vel legitimum esse vel illegitimum, §. 175, in priori casu erit **CONSCIENTIA APPROBANS** (a), in posteriori **IMPROBANS** (b). **CONSCIENTIA** illegitimum approbans **NIMIS LAXA** (c), legitimum improbans **NIMIS ANGUSTA** (d) est. Vraque erronea vitanda est, §. 177. Conscientia recta quaerenda nec nimis laxa, nec nimis angusta est. §. 177.

- |                  |                                |
|------------------|--------------------------------|
| (a) das billige  | (b) das misbillige             |
| (c) das zu weite | (d) das zu enge Ge-<br>wissen. |

### §. 184.

Conscientia consequens et concomitans approbans **CONSCIENTIA BONI** (a) est; improbans, **CONSCIENTIA MALI** (b) est; et haec quideni fortius improbans, **LA-TRANS** (c) eiusque conclusiones, **MOR-SUS CONSCIENTIAE** (d) vocantur. **CONSCIENTIA** antecedens approbans **SUA-DENS** (e) est, improbans **DISSUADENS** (f). In omnia tua facta quum nequeas aequre viuide exercere conscientiam, conscientiae, si qua tibi fuerit, mali attende potius, quam simultaneae boni conscientiae, sua-

G 5 denti

denti dissuadentique potius, quam boni maius consequenti conscientiae. §. 181.

- |                     |                     |               |
|---------------------|---------------------|---------------|
| (a) ein gutes       | (b) ein böses       | (c) ein na-   |
| gendes Gewissen     | (d) Gewissens-Bisse |               |
| (e) ein anrathendes | (f) ein abrathen-   |               |
|                     |                     | des Gewissen. |

### §. 185.

Certissimam tui cognitionem, quae tibi possibilis est, quaesitur, §. 154, de te rebusque ad te pertinentibus, praesertim moralibus, §. 158, tot obseruationes et experimenta collige, quot potes, L. §. 329. nec hic negligens possibilium maximum fidei rationisque cum experientia conubium. L. §. 358 Quo scientia plus confert ad notitiam tui certam, quo magis est anthropologica, & in his, quo plus certitudinis in moralibus, §. 158, moralis saltim, dabit, L. §. 502, 506. hoc pluris illam aestuma. §. 56.

### §. 186.

In statibus tuis moralibus, futurorum praesertim, certus esse labora, §. 185, 166. in iisque clarius olim sentiendorum, quales fistit §. 162. neque tamen de futuris ullis maiorem, ac obtineri potest a te, certitudinem postula, minore interim, satis ad finem sufficiente, vti negligens, §. 176. In praesenti tuo statu morali certitudinem im-

per-

perfectionum tuarum paefer certitudini  
perfectionum moralium, §. 167.

§. 187.

Iustus sui aestimator de perfectionibus suis moralibus praesentibus et praeteritis minus certus, quam de futuris, §. 186, 168, de perfectionibus non moralibus minus certus esse laborat, quam de moralibus, §. 185. Humilis de imperfectionibus suis non moralibus, magis de moralibus, tam praeteritis, quam praesentibus, admodum convictus est, §. 186, 169, et in casu dubii, imperfectionisue moralis alicuius reus sit, nec ne, ad affirmatiuam partem inclinat, §. 167. Neuter in se diiudicando plus aliis hominibus credit, quam suae experientiae L. §. 163, 166. in qua tamen virtus subreptionis cauet, §. 156. L. §. 319.

§. 188.

Arrogantis est, certum esse de perfectiōnibus suis, incertum, immo dubitantem, de imperfectionibus, de quibus aequē certus esse potuisset, §. 171. 187. Animi autem abieci est, de improbabilibus suis imperfectionibus persuasum tamen esse, nec interim certas vel admodum probabiles perfectiones ponere, §. 173.

§. 189.

Conscientia vel certa est, vel incerta.

L. §. 164,

L. §. 164, 351. Certa certae sibi legi certum sibi factum subsumit in forma sibi certa. L. §. 283. Hinc incerta est conscientia, cui vel lex, vel factum, vel applicationis forma, vel duo ex his, vel singula incerta sunt. L. §. 292. Incerta conscientia denuo vel probabilis est, quae plus rationis ad approbandum, quam ad improbandum, L. §. 350. vel dubia, quae tantundem rationis, L. §. 352. vel improbabilis, quae minus rationis ad approbandum, quam ad improbandum, introspicit. L. §. 353. Haec est conscientia probabiliter improbans, §. 183.

### §. 190.

Quaere conscientiam certam et in probabilitibus moraliter certissimam, §. 185-189. Fuge conscientiam incertam, quantum potes, maxime fuge persuasam male, L. §. 402. Quoniam nulla res tantundem totaliter mala est, quantum bona, M. §. 790, omnis tua conscientia dubia est minus recta, §. 187. emendanda, §. 179. Vbi aequi certus in omnibus CONSCIENTIAE CASIBUS(a), i.e. euentibus per conscientiam diiudicandis, fieri nequeas, magis certus esse labora, qua conscientiam mali, quam qua conscientiam boni, magis qua suadentem dissuadentemque conscientiam, quam qua conscientiam boni vel mali consequentem, §. 184.

(a) Gewissens-Fälle.

SEC-

SECTIO III.  
AMOR TUI IPSIUS.

§. 191.

Ardentissime pro virili cogniturus te ipsum, §. 154, gaude perfectionibus tuis aversatus imperfectiones tuas, M. §. 669. sensituu et rationali **H E A U T O P H I L I A** (a) (philautia) amore tui ipsius, ama te ipsum, M. §. 684, sicut deus te amat, §. 92, infra eundem, §. 81, 72, si potes & quantum potes, acquiescentiam in te ipso et sensituum et rationalem experire, M. §. 682, sed secundum §. 73, hilaris quoquis momento tibi malis ereptus, M. §. 682, sed secundum §. 74, bonae fiduciae plenus, M. §. 683, sed secundum §. 76 78. Conscientia tua sit etiam, quae potest, ardentissima, §. 176. hinc liberae seruae, P. P. P. §. 205. **C O M P L E T A M** (b), caussas impulsuas completas continentem, praefere **I N C O M P L E T A E** (c), incompletas tantum exhibenti, M. §. 695. quo conscientia pluribus obstricti legibus facta tamen sua secundum solum ius naturae, veleriam philosophicam ethicam solam examinare decernentis. §. 1, 2. **T H E O R E T I C A E**, non practicae, praefere **P R A C T I C A M**, quae docet, quid tibi agendum, vel omissendum. M. §. 669. theoreticam caeteroquin tibi possibilium

fibilium optimam reddendo PRACTICO-PRACTICAM, quam actu sequaris. P. P. P. §. 200.

- |                                 |                                   |
|---------------------------------|-----------------------------------|
| (a) die Selbstliebe, Eigenliebe | (b) ein vollständiges             |
|                                 | (c) ein unvollständiges Gewissen, |

### §. 192.

Sequere conscientiam, §. 191, instructissimam, proportionalissimam, §. 176. verissimam, §. 177, clarissimam, §. 182, certissimam, §. 190, cuius compos fieri potes §. 191. Iam vero 1) citra omnem conscientiae sensum agens, quae tamen potuisse conscientiae iudicio subiicere, peccas non sequendo conscientiam, quae tibi possibilis, instructissimam. 2) Leuiora magnae cum sollicitudinis affectatione, grauiora paene nulla cum diligentia conscientiae suscipiens, peccas non sequens conscientiam, quae tibi possibilis est, proportionalissimam P. P. P. §. 202. Vtrumque cauebis et generatim magis instruendo conscientiam, et speciatim de diuerso legum robore, moralitatisque, quae factis est, gradu, §. 176. 3) Conscientiam erroneam sequens, peccas agens contra conscientiam tibi possibilium verissimam, §. 177, eam non sequens, quam diu pro recta habes eandem, peccas agens contra conscientiam ardentissimam, §. 191. Vtrumque vitabis conscientiam docendo veri-

veritatem, §. 177. Quo clarior, quo distin-  
ctior conscientia, hoc maius peccatum con-  
tra eandem. 4) Viuida luce, ex solo boni  
malique sensu vel gusto eiusque ac stimu-  
lis agens, vbi possibilis distincta et ratio-  
nalis ipsi boni maliae perspicientia, pec-  
cat non agens secundum conscientiam pos-  
sibilium sibi clarissimam. Conscientiae cer-  
tae opposita, vel probabili conscientia, si  
vel sexcentis argumentis niteretur, non est  
probabilis. §. 189. Iam vero 5) consci-  
entiam nec certam, nec probabilem se-  
quens peccat non sequens sibi possibilium  
certissimam. Ergo nunquam sequi licet  
conscientiam probabili vel certae opposi-  
tum. Qua ratione peccat etiam ex me-  
ris bonis persuasionibus ibi agens, vbi et  
de legibus illi possibilis fuisset et de mul-  
tis in facto momentis conuictio. M. §. 531.  
Ergo conscientiae sensituae tantum iun-  
genda est rationalis, quantum eius fieri  
potest. §. 177, 182.

## §. 193.

Error improbabilem etiam conscientiam  
sequi permittentium PROBABILITYSMUS  
MORALIS est. Vita probabilismum mo-  
ralem tam in theoria, quam in praxi, §.  
192, 191. Conscientiae dubiae quacumque  
partem sequereris, omitteres sequi, quam  
potes, certissimam, M. §. 790, peccans,

§. 192.

§. 192. Hinc conscientiam dubiam ante,  
quam sequaris, saltim in probabilem muta,  
§. 190. Semper quum sequenda tibi sit  
optima tua conscientia, §. 192, quaere ha-  
bitum eandem sequendi CONSCIENTIO-  
SITATEM(a). Ne sis HOMO SINE CON-  
SCIENTIA (b), in quo obseruatur habi-  
tus conscientiam, quam ipse nouit optimam,  
non sequendi.

(a) die Gewissenhaftigkeit, (b) ein gewis-  
senloser Mensch, ein Mensch ohne Gewissen.

### §. 194.

PHILAUTIA ORDINATA (a) est legi-  
bus perfectionis nostrae communibus con-  
formis, iisdem disconueniens IN ORDI-  
NATA (b) est. Illam quaere, §. 190. hanc  
fuge, quantum potes, §. 10. Philautia tua  
debitam tui cognitionem sequatur, §. 152-  
193. AMOR iustum amati aestimatum se-  
quens est OCULATUS (c) illud non se-  
quens, COECUS (d) est. Philautia tua  
sit, quae potest, oculatissima. Fuge coe-  
cam philautiam, tam prorsus precarium,  
cuius rationum tibi prorsus non es conscientius,  
STULTAM (e), quam STOLIDAM (f) in  
viuide repraefentatis, sed falsis, perfectio-  
nibus, perfectionumque gradibus fun-  
datam.

(a) die wohlgeordnete (b) unordentliche  
(c) sehende (d) blinde (e) thörich-  
te (f) naerrliche Selbstliebe

### §. 195.

## §. 195.

Philautia tua sit, quae potest, proportio-  
nalissima, §. 194. M. §. 894. Ergo 1) ne  
sit maior amore erga perfectiora, quo-  
rum perfectiones aut melius, aut aequem  
bene, quam tuae, cognosci tibi possunt.  
Hinc denuo patet idololatrica philautia  
vitanda, §. 81, 16. 2) sequatur cognitio-  
nem plures agendi caussas impulsivas ag-  
noscentem, quam desumenda tantum ex  
perfectione tui propria, cuius tu solus finis,  
sola ratio perfectionis determinans, con-  
stituereris. §. 76. 92. Talis enim est cog-  
nitio se iuste aestimantis. §. 168, 10. Ergo  
caue philautiam vtilitatis tuae exclusiue  
studiosam, non totaliter solum, quae nul-  
los alios fines sibi constitueret, sed et par-  
tialiter, quae suam vtilitatem plus, alios  
fines minus, intenderet, quam admittit  
proportionalitas. *Sey nicht eigennützig.*  
Ergo caue etiam huius peccati habitum  
**SOLIPSISMUM MORALEM** (a)

(a) Eigennützigkeit

## §. 196.

Perfectionibus tuis singulis iustum preti-  
um assignans, tantum gaude singulis, quan-  
tum merentur. §. 195. Hinc ne leuiores  
praeferas grauioribus, et, vbi simul obtine-  
ri collidentibus suis regulis nequeunt am-

H bae,

bae, excipe a regula leuioris, §. 24. Cae  
vitium magis gaudendi leuioribus tuarum  
perfectionum, quam grauioribus, leptophiliam et STUDIUM MINUTIARUM (a).

(a) die Liebe zu Kleinigkeiten, das Bestreben  
nach Kleinigkeiten.

### §. 197.

Cognoscendis et actuandis mediis perfi-  
ciendi alicuius finis studens, eum CURAT (a).  
Tollere alicuius imperfectiones est (corrigere)  
EMENDARE (b). Hinc emendatio rei  
contingenter imperfectae est eam curantis.  
Te et res tuas cura diligenter, §. 150, et si-  
deliter, §. 104, multasque deprehensurus  
imperfectiones vbique contingentes, §. 168,  
te et restuas emenda, quantum potes. §. 10.  
Vita ANIMUM TUI RERUM QUE TUARUM  
INCURIUM (c), defectum studii ad cognos-  
cenda et actuanda perfectionis tuae media  
requisiti, hinc et defectum studii emenda-  
tionis tuae. Quod si tamen CURAE (d) di-  
cantur excessus in te rebusque tuis curan-  
dis, vita curas, quantum potes, §. 170.

(a) besorgen, für etwas sorgen, (b) aus-  
bessern, verbessern, (c) Sorgenlosig-  
keit, (d) Sorgen im bösen Verstande.

### §. 198.

Te et res tuas sine curis curaturus, i)  
ne

ne cum necessaria rerum tuarum curatione  
confundas tristiorum praesentium imagi-  
nem, molestam praeteritorum ruminatio-  
nem, excarnificantem futurorum praegu-  
stum, quae et quatenus non sunt in pot-  
estate tua posita §. 197. 2) ne in excogitan-  
dis perfectionis tuae angendae, minuenda-  
ve imperfectionis machinis ultra id progre-  
di labores, quod tibi nosse datum est, §. 7. 3)  
ne impossibilia fabriceris aut aggrediaris  
perfectionis & emendationis tuae media.  
4) ne noua semper felicitatis remotioris  
subsidia rimando, negligas iam inuentis,  
ante pedes, et parabilibus imminentis sta-  
tus emendationibus vti, §. 197.

## §. 199.

Se et sua curans, negligens tamen me-  
dium se perficiendi praesentissimum, re-  
quisitam bonitatem moralem ad recipien-  
da maiora dei beneficia, §. 77. fiduciam in  
deum, §. 76, et preces continuas, §. 95, se  
ipsum curis lacerandum exponit, §. 197.  
miserior suae fortunae faber, M. §. 912.  
Hinc retuaque sine curis curaturus affabre,  
5) fide deo, sine pigritia, §. 85.

## §. 200.

Tua tecum curans, experieris nunc huius  
nunc illius facultatis animae tuae actiones  
requiri ad actuandam tuam perfectionem,

H 2

nunc

nunc hos, nunc illos motus corporis tui arbitrarios, §. 197. Ut ergo possis actuare, quam optime, optima quae voles, perfectionis tuae remedia, quantum potes, animae tuae imperium in se ipsam, M. §. 730, regimenque in corpus concilia, conserva, auge. M. §. 733. Habitus moralis animae sibi ipso imperandi corpusque regendi est **DOMINIUM SUI** (a). Esto tui dominus, quantum potes.

(a) Herrschaft über sich selbst.

## SECTIO V.

### OFFICIA ERGA ANALOGON RATIONIS.

#### §. 201.

**OFFICIA ERGA ANIMAM** (a) sunt, quibus realitates animae tuae proprius ponuntur. Ad haec obligaris. Ergo et ad eorum habitus, §. 150. **PECCATA CONTRA ANIMAM** (b) sunt, quibus realitates animae proprius tolluntur. Haec fuge, ergo et eorum habitus, §. 151. Quumque perfectio animae tuae strictius dicta, cuius ratio perfectionis determinans est in anima tua, in prudenti subordinatione finium sit finis perfectionum corporis et status exteriori strictius dictarum: regulae perfectionis  
animae

animae sunt superiores, adeoque fortiores regulis perfectionum corporis et status externi, M. §. 182. Quod si itaque collisio oriatur inter regulas perfectionis animae et corporis vel status externi, caeteris paribus, excipe a posteriorum regulis, §. 196. Ne animam pro sale habeas, eius perfectiones perfectionibus corporis tantum subordinans.

(a) die Pflichten gegen die Seele      (b) die Sünden wider die Seele.

§. 202.

Nosce animam tuam, §. 153, 154. experimentaliter, rationaliter, mathematice, quantum potes, §. 157, nec nosce sic tantum, sed et cura et emenda, quantum potes §. 194, facultatem eius cognoscitiam, tam inferiorem, M. §. 520, quam superiorem, M. §. 624, appetitiam, M. §. 663, tam inferiorem, M. §. 676. quam superiorem, M. §. 689. **PERFECTIO FACULTATUM IN ANIMA MATERIALIS** est (a), qua cognoscenda et appetenda, **FORMALIS** (b), qua ita, ut decet, cognoscunt et appetunt. **IMPERFECTIO FACULTATUM IN ANIMA MATERIALIS** EST (c), qua non cognoscenda cognoscunt, non appetenda appetunt, **FORMALIS** (d), qua non ita, ut decet, cognoscenda vel appetenda cognoscunt

scunt et appetunt. Hinc perfice et emenda singulas animae tuae facultates tam materialiter, quam formaliter, §. 197. Quo maiores, hoc sunt formaliter perfectiores, M. §. 168, 185. Augentur autem exercitiis singulae, M. §. 577. Ergo singulas facultates animae tuae, quies potes, in optimis exerce conuenientissime. Perfice facultatem tuam cognoscitiam, hinc et inferiorum, analogon rationis, M. §. 640. ita, ut cognitio materialiter optima, i.e. optimorum, quae potes cognoscere, sit simul formaliter optima, quam praestare potes, uberrima, grauissima, verissima, clarissima, certissima, ardenterissima, M. §. 669.

- |                    |   |
|--------------------|---|
| (a) die materielle | (b) die formelle Vollkommenheit,                          |
|                    | (c) die materielle  |
|                    | (d) die formelle Unvollkommenheit der Vermögen der Seele. |

### §. 203.

Nosce, experire et metire sensus tuos tam externos, quam internum, M. §. 535. Da acuendis, conseruandis, intendendis extendendisque sensibus operam, fuge eos hebetantia, M. §. 540. Exercendo sensus assuefac, 1) plura, 2) minora, 3) remotiora, 4) minus mouentia organon, 5) clarius repraesentare, quantum potes, §. 202. M. §. 539. Praeuisas sensationes dijudica.

vt noxias fugere, vtilissimas, quaerere pro  
virili possis, §. 202.

§. 204.

Quo indirectius sensationes libertati sub-  
sunt, M. §. 542, 731. quoque plus pendet  
ab earum perfectione et imperfectione, M.  
§. 559, 596, hoc magis esto sollicitus de tan-  
to in sensationes etiam dominio, quantum  
nancisci poteris, §. 200. coll. M. §. 542, 543,  
549. Cae fallacias sensuum, M. §. 545, er-  
go vitia subreptionis, M. §. 546, et pae-  
titias apud te efficaces, M. §. 546.

§. 205.

Phantasiam tuam nosce, experire, me-  
tire, curaturusque eius extensionem, inten-  
sionem et conseruationem, dijudica phan-  
tasmata, §. 183, si deprehenderis vtiliora,  
eorum reproductionem facilita secundum,  
M. §. 568, si noxia, eorum reproductionem  
impedi secundum, M. §. 569. Subige phan-  
tasian et caue effraenem, M. §. 571. Suba-  
ctam exerce in 1) pluribus, 2) etiam obscu-  
rius sensis, 3) rariusque reproductis, 4) post  
longius tempus, 5) fortiores inter socias  
et antecedentes perceptiones 6) clarius re-  
producendis, §. 202. M. §. 565. Quod vt  
possis, quantum potes, in phantasian etiam  
affecta dominium, §. 200, hinc sensibus im-  
perare

perare posse non parum proderit, §. 204.  
M. §. 559.

### §. 206.

Qui vigilans bene imperat sensationibus imaginationibusque suis, ad utrilibet quas maxime attendit, easque creberrime reproducit, §. 203, 205, ita ut partiales ideae, et regnantes quidem, fiant multarum totallium. M. §. 516. Minus utiles et noxias abstrahendo debilitat rarissime reproductas, §. 204, 205, hinc fiunt hae paucarum totallium partiales, aut nunquam, aut rarissime regnantes. Confectarium huius imperii rite diuque exerciti, sine quo exsistere non potest, erit in somniis etiam illas crebriores viuidioresque, has debiliores raresque recurrere, M. §. 593, 561. Iam ad confectaria eorum, ad quae obligamur, sine quibus illa exsistere nequeunt, simul obligamur. Hinc patet, quae sit ipsorum somniorum obligatio.

### §. 207.

Quum delirium saepe sit infortunium, M. §. 594. 912, circa quod homini rationali nihil relictum, nisi humili, §. 168, deprecatio, §. 94, saepe tamen, magna saltim ex parte, per praegressas hominis deliri actiones liberas explicari possit, nec ab animo phantastico differat, nisi ut maius

a

a minore, magna illius miseria fortius motuum erit omnibus principiis imaginatio-  
nis fraena mordentis resistendi, nec eius  
vanitatem alendi, M. §. 571, lectione et me-  
ditatione fabularum phantasticarum, §.  
205.

### §. 208.

Facultatem tuam indentitates rerum co-  
gnoscendi nosce, experire, metire, inge-  
nioque strictius dicto vel consequendo, M.  
§. 572, vel intendendo, extendendo, cor-  
seruandoque connato, pro virili, da ope-  
ram, M. §. 577. Electis dignissimis inge-  
nii obiectis eorum identitates, similitudi-  
nes, aequalitates, hinc et proportiones,  
et congruentias detegere labora, §. 202. M.  
§. 574.

### §. 209.

Ad perfectionem ingenii, si quo polles,  
formalem nanciscendam, assuefac faculta-  
tem identitates rerum cognoscendi, 1) plu-  
rium, 2) minus notorum etiam, 3) admo-  
dum diuersorum, 4) pluribus, 5) maiori-  
bus conuenientiis, 6) foriores inter soci-  
as et heterogeneas perceptiones, 7) clarius  
tamen animaduertendis, M. §. 572, idque  
vel sensitiae, vel intellectualiter, vel utro-  
que modo, pro dignitate obiecti, §. 202.  
M. §. 575. Amator lusuum ingenii caue eius il-

H 5

lusio-

lusiones, M. §. 577, eoque magis, quo sunt periculosiores, M. §. 578. In lusibus ingenii congruentias lubentius obserua, quam meras similitudines, M. §. 266. Emenda, quantum potes, naturalem, si qua tibi fuerit, stupiditatem, §. 202. M. §. 578. En nouum dominii in te subiectum! §. 200.

### §. 210.

Nosce, experire et metire, facultatem tuam diuersitates rerum cognoscendi, M. §. 572, animaduersurus, an tibi sit aliquid et quantum acuminis, M. §. 573. Quicquid eius in te sit, curaturus eius et intensiōnem et extensionem et conseruationem idem in ea potissimum dirige, quae maxime merentur; et ad formalem huic facultati perfectionem conciliandam eam exerce in 1) plurium, 2) minus notorum etiam, 3) admodum eorundem, hinc et proportionatorum, 4) tamen pluribus 5) maioribus diuersitatibus, dissimilitudinibus, inaequalitatibus, disproportionibus, discongruentiis, 6) fortiores etiam inter perceptio nes heterogeneas et antecedentes et socias, tamen 7) clarius repraesentandis, M. §. 573,

### §. 211.

Neutiquam omnes subtilitates fuge, M. §. 576, 578. aliquas potius, ut errorum antidotum, quaere, M. §. 578, sed auersare inanes

inanis argutationes, §. 210. M. §. 576. infinitasque distinctiones innocenter confundendorum, ut materialem acumini perfectionem concilie, §. 202. Haec ut possis, esto dominus facultatis tuae diuersitates rerum cognoscendi, s. distinguendi et acuminis, si quo polles, quantum potes, §. 200. Rite perspicax esto, pro virili, §. 208-210, M. §. 573. hinc tam sensitiae, quam intellectu. Etualiter, M. §. 575, perspicaciae tamen sensitiae, vti contemtum, §. 168, ita caue maius aestimium, quam meretur. §. 196.

## §. 212.

Nosce, experire et metire memoriam tuam, tam sensitiam, quam intellectualem, §. 202. M. 579. eamque curaturus, et perfectionem eius materialem promoturus sollicitus ipsi tradenda diiudica, quae mereantur, quae minus. In ista artem mnemoniam, quantum potes, dirige, M. §. 587. haec aurem vt eo citius laudabili tradantur obliuioni, nec artem obliuiscendi negligas, M. §. 582. Ad perfectionem memoriae formalem augendam s. felicitatem eius, da operam ipsius vastitati et diffusioni, firmati, tenacitati, capacitati, vigori et promptitudini, M. §. 584, 585, praesertim fidelitati, M. §. 586. Collidentibus tamen harum perfectionum regulis, vt scias, a qua excipendum,

endum, §. 24. iustum cuilibet earum preti-  
um statue, quantum potes, §. 196.

### §. 213.

Ne arroganti humilitate infelicem me-  
moriā laudi ducas, §. 168, 169 emendatu-  
rus potius memoriam tuam pro virili fu-  
ge obliuiositatem et lapsus memoriae, M.  
§. 586. In subsidiis colendae emendandae-  
que memoriae ne negligas reminiscientiam  
cum memoria locali, M. §. 582. 583. et ad-  
notatione non obliuiscendorum, quorum  
farrago dabit **A D U E R S A R I A** (collectanea).  
Praeuidens ex integro aliquo veritatum ge-  
nere, e. g. tota disciplina, non nihil obli-  
uisci tandem physice necessarium fore, ne  
vnquam in eodem addiscendo summe ne-  
cessariis ad vsum contentus esto, ne ex his  
quorundam obliito cognitio prorsus insuf-  
ficiens ad fines tuos restet. Hinc vides,  
quomodo sano sensu discenda quaedam in  
futuram obliuionem. Ut in his memoriae  
exercitiis alacrior fias, cogita quantum a  
memoria pendeat, M. §. 641, ut praefastare  
ea possis, esto dominus etiam memoriae  
tuae, quantum potes, §. 200.

### §. 214.

Nosce, experire, metire facultatem tu-  
am fingendi, quantum potes, M. §. 589.  
camque curaturus et intendendam et exten-  
dendam

dendam et conseruandam, §. 202, ut optimae, quae possunt, sint materialiter fictiones tuae, dijudica componenda vel praescindenda phantasmata, in iisque elige FICTIONES utiliores datura, quales H E U R I S T I C A E (a), media incognitas veritates melius cognoscendi. Emendaturus facultatem fingendi vita omnes sedulo chimeras, M. §. 590. et exorbitantem fingendi pruritum, M. §. 592. Architeconicam potius facultatem fingendi ferrilem redditurus, quantum potes, assuefac eandem, 1) pluribus, 2) maioribus, 3) etiam minus claris combinandis, 4) pluribus, 5) maioribus, 6) plurium, 7) etiam minus clarorum phantasmatum partibus praescindendis, et quidem 8) fortiores inter perceptiones socias et antecedentes heterogeneas, 9) clarius, §. 202, M. 592. Quod ut possis, quantum potes, esto facultatis tuae fingendi dominus, §. 200.

(a) Erdichtungen durch welche etwas erfunden werden kan.

### §. 215.

Nosce, experire et metire facultatem tuam praevidenti, ut videoas, quantilla sit, §. 202, M. §. 595. eiusque perfectionem materiale curans, in plurimis futuris deo committendis per totalem resignationem,

§. 80,

§. 80, diiudica, quae praevide tuum sit,  
 §. 186, quorum praevisio minus utilis, et  
 noxia potius, ut illam quaeras, hanc fu-  
 gias, nec in diem viuens, §. 97. nec MA-  
 LE SANUS FUTURORUM HARIOLUS(a),  
 curiosus futurorum inuincibiliter tibi ne-  
 sciendorum, eorum etiam, quorum igno-  
 rantia moraliter inuincibilis est. Illam fa-  
 cilita secundum, M. §. 602, hanc impedi se-  
 cundum, M. §. 603. Formalem autem ex-  
 tendendae, intendendae, conseruandaeque  
 facultatis praevidendi et praevisionum per-  
 fectionem promoturus, facultatem praevi-  
 dendi conuenientissima per exercitia assue-  
 fac, 1) obscurius etiam sentiendis, 2) plu-  
 ribus, 3) adhuc remotioribus, 4) rarius  
 sensorum, 5) rarius reproductorum, 6) for-  
 tiores inter heterogeneas perceptiones an-  
 tecedentes et socias, 7) clarius praeviden-  
 dis. M. §. 599.

(a) ein thörichter Liebhaber der Wahrsage-  
 reyen.

### §. 216.

Imaginationes sensationesque tuas ne  
 cum praevisionibus confundas, M. §. 601.  
 Emendaturus autem praevidendi faculta-  
 tem, §. 202, fallaces praevisiones hoc cau-  
 tius fuge, quo sunt periculosiores cum  
 praevisionibus materialiter malis, §. 215. M.  
 §. 605.

§. 605. Eadem mutatis mutandis obserua circa prouidentiam, quae tibi est, M. §. 641, et exspectationem casuum similium, M. §. 612, cum praesumptione, M. §. 613, non vana solum praesagia, M. §. 217, et talia promittentes artes manticas vitans, M. §. 616, sed etiam materialiter noxia §. 202. Exercendo tamen assuefac intendendam, extendendam, conseruandamque praesagitionem etiam tuam, 1) pluribus, 2) maioribus, 3) rariis, 4) obscurius, 5) longius ante tempus praeuidendis, 6) fortiores inter heterogeneas perceptiones, 7) clarius tamen praecipiendis, M. §. 615. Quod ut possis, esto dominus et huius facultatis pro virili, §. 200.

## §. 217.

Nosce, experire, metire facultatem tuam characteristicaam, §. 202, tam sensitivam, quam intellectualem, M. §. 619, eamque curaturus, dijudica, quae mereantur, 1) signa, ut inde signata eruantur, 2) signanda, ut ipsis signa imponantur, et in his exercendo assuefac intendendam, extendendam, conseruandamque facultatem tuam characteristicaam, 1) pluribus, 2) maioribus signis, 3) cum pluribus, 4) cum maioribus signatis, 5) fortiores inter heterogeneas perceptiones, 6) clarius tamen coniungendis, M. §. 622.

## §. 218.

## §. 218.

Emendaturus facultatem tuam characteristicae, §. 202. noxiorum signatorum signis, et signis inanibus, aut inutiliorum, impedientibus cognitionem utiliorem exoneram memoriam, et caue, ne cognitio tua symbolica, quaecunque demum fuerit, debitam intuituum requisitorum claritatem tollat, aut omnino a te iam pro intuitu habeat, M. §. 650. Ama signa, secundum, §. 141. comparata, cauens his perfectionibus destitura. Quae singula quo queas praestare diligentius, facultatis tuae characteristicae etiam esto dominus, quantum potes. §. 200.

## §. 219.

Ad generalem obligationem perficienda facultatis diiudicandi, §. 202, acquirendique pro viribus et colendi iudicii, M. §. 606, accedit specialis, quia sine eius cultura, 1) iustum tui ipsius aestimium et humilitas, §. 164 - 174. 2) conscientia, quae decet, §. 175 - 194. 3) materialis omnium reliquarum animae facultatum perfectio, §. 202 - 218, quanta requiritur, existere non potest. Hinc nosce, experire, metire facultatem tuam diiudicandi, et iudicio stude, practico magis, quam theoretico, §. 166. M. 606, non gustui solum formando  
dans

dans operam, sed et perfectionum imperfectionumque, praesertim grauiorum, §. 196, ruarum, §. 155. moralium, §. 158. bonus esse labora criticus, M. §. 697.

## §. 220.

Vt facultas tua diiudicandi, extendenda, intendenda et conseruanda, gustus et intellectuale iudicium perfectionem, quam potest, maximam nanciscatur, 202, 219. ante omnia diiudica, quae tibi portissimum diiudicanda sint, quae minus, qua ratione, quaque minus. Iudicium de omnibus a nobis promiscue decisiveque diiudicandis, iudicii eclipsis est, cum fororibus et praecipitantia fugienda, quaerenda contra maturitas, M. §. 608. Vtrique seruiet tam IUDICI SUSPENSIO (a), auersatio decisive et assueratue determinandi prefectionem imperfectionemue rerum, quam omnia, quae cogitamus, quantum possumus, referre ad perfectionem, nec affectare indifferentiam quasi non curantis philosophi nimiam, et exercitium, quo facultatem tuam diiudicandi, 1) plurium, 2) maiorum, 3) obscurius etiam perceptorum, 4) pluribus, 5) maioribus perfectionibus imperfectionibusque, 6) fortiores inter perceptiones heterogeneas, 7) clarius tamen repraesentandis assuefacias, M. §. 606. Quae ut

I pos-

possis, esto dominus iudicii tui, quantum potes, §. 200.

(a) die Zurückhaltung des Urtheils,

## SECTIO VI. CURA INTELLECTUS.

### §. 221.

Ad generalem obligationem curandae attentionis, abstractionis, M. §. 625, reflexionis, comparationis, M. §. 626, praescissionis, §. 202. M. §. 589, accedit specialis, quia sine earum exercitiis nec intellectus coli, M. §. 611, nec exerceri generatim libertas potest, facultas attendendi pro luctu, M. §. 719, nec acquiri potest debitum in te ipsum dominium, §. 200, cum omnibus huius conjectariis, §. 204-220. Hinc attende, quantum potes, sed attende quibus attendas, quae illustrationem mereantur, quae digna tenebris, M. §. 529, quae reflexionem, et comparationem mereantur, et quantam. In his exerce attentionem, ut 1) plures, 2) maiores perceptiones, 3) clarioribus etiam, 4) ad modum clariiores reddere valeat. Hinc da operam extensiōni attentionis et intensiōni, et protensiōni, M. §. 628.

### §. 222.

Abstractionis curam inter alia commendabit

dabit eius magna ad attendendum utilitas, M. §. 638. Ad materialem ipsi perfectio-  
nem conciliandam, §. 202, dirigenda est in  
obscurandas non solum alio respectu noxi-  
as imagines, sed etiam eas inutiles, quae  
non nocent aliis ex causis, clariores vbi  
fuerint, distrahunt saltim animum, M. §. 638,  
et in campo clararum representationum  
locum vtilioribus praeripiunt, M. §. 544,  
immo easdem saepius obumbrant, M.  
§. 529. Ab his vbi abstraxeris, in vtiliori-  
bus etiam reflectendo detege, quae minus  
obseruari mereantur, ut sint praescissionis  
objecrum, §. 202. Ne tamen te inuitu re-  
currat, quam ex animo volueris exsulare,  
perceptio, asineras abstractionem a fa-  
cilioribus, ut vbiique decet, incipiendo,  
1) pluribus, 2) maioribus etiam perceptio-  
nibus, 3) admodum maiori obscuritate in-  
volutuendis, quam qua obscuriora iam praed-  
ita sunt alia. Hinc esto attentionis et ab-  
stractionis agnatarumque facultatum domi-  
nus, quantum potes, §. 221, 200.

## §. 223.

Nosce, experire et metire intelle-  
ctum tuum, quantum potes, §. 202.  
M. §. 402, eumque cura et eodem vtere  
praeter generales obligationes, quia sine  
eius usu, mente captorum quidem misera,  
beatitudo vero existere non potest,

I 2

M. §. 639.

M. §. 639. 787. Diiudica tamen, in quibus intellectu vtendum tuo, ne forsan feratur, 1) in se inconceptibilia concipere, 2) in ea, quae supra tuum intellectum sunt posita, M. §. 833. 3) in ea, quae infra tuum intellectum sunt posita, quorum non est tanta dignitas, vt iis attendendis, reflectendo, comparandoque versandis immorandum sit, §. 221. 4) in ea, quae extra tui intellectus horizontem posita sunt, quae concipere vires sufficientes essent, quae nec indigna intellectu, qualis tuus, quae tamen non, nisi neglectis officiis potioribus posses concipere. §. 24. Intelligenda tibi et extensiu distinctius et purius quare concipere. M. §. 634, intellectum conservandum etiam, assuefaciens, 1) plurimum, 2) maiorum, 3) pluribus, 4) clarioribus notis repraesentandis, 5) fortiores inter heterogenaeas perceptiones, quo facto simul debita obtinebitur intellectus profunditas, M. §. 637.

### §. 224.

Rationem tuam 1) nosce, ne cum analogo rationis confundas, M. §. 640, ipsi tribuens et imputans, quae maxime aliena sunt ab eadem, M. §. 647. 2) experire, logicam empiricam magno tuo commodo locupletaturus, 3) eius rationes indaga, vt diuina de origine certus ab absurdis in eam invectiuis abstineas, 4) eam metire, vt vide.

videas, quod et quantum limitata sit, M. §. 644. Circa obiecta rationis eandem cautionem adhibe, quam suasit, §. 223. M. §. 640. Ne tamen supra rationem tuam posita, supra omnem, saltim humanam, rationem posita inde inferas, M. §. 644. Corruptam rationem frustra negaturus potius corrige, sanam perfice, quantum potes, extendendo, intendendo, conseruandoque, et cole, M. §. 646. exercendo tam soliditatem eius, quam sagacitatem intendens, §. 202. M. §. 645. Hinc esto studiosus **SCI-ENTIAE SUBIECTIVE SPECTATAE** (a) seu habitus rationis certae, quantum potes. Ergo plurima ex plurimis certissime cognoscere labora, quantum tibi datum est.

(a) die Wissenschaft als eine Beschaffenheit der Vernunft betrachtet.

### §. 225.

Sapientia quum sit perspicientia **conne-**  
xorum finium mediorumque prudentia,  
§. 103, utraque est habitus rationis, quae-  
renda, quanta potest acquiri, uberrima,  
grauissima, verissima, clarissima, certissi-  
ma, ardentissima finium, mediorum, et  
in iis nexuum cognitio. Hinc et sic disce-  
sapere, et prudenter agere, §. 224, **prae-**  
**certum** habitum in inopinis celeriter exco-

gitandi, quid factu optimum, s. PRAESENTIAM ANIMI. Tandem nosse labora ingenium tuum latius dictum, ut conformiter eidem agere, M. §. 648, idque corrigerem queas, si etiam disciplina aesthetica et logica, praesertim tamen diligentia, facilis, §. 202. M. §. 650.

## SECTIO VII.

CVRA VOLVPTATIS ET  
TAEDII.

## §. 226.

Quum ad perfectissimam tibi possibilem perfectionum imperfectionumque diiudicationem, eamque adeo ardentissimam obligeris, §. 220. obligaris ad voluptatem et taedium, M. §. 651. 655. Teneris ad tot bona vt bona, tot mala vt mala, intuenda, quot potes, §. 220. Ergo ne quae ras, vt multa tibi sint indifferentia, M. §. 651. multo minus, vt sint plenarie talia, M. §. 652. Nec somnia totalem adiaphorian summum tibi bonum, §. 21. M. §. 653. Er ga tam pauca potius, quam fieri potest, indifferentis esto, §. 92. M. §. 654. Quia intuitus perfectionis et imperfectionis a te poscuntur tam sensitiui, quam rationales, §. 220, nec omnes voluptates sensitiuae, nec omnia

omnia taedia sensitiua tibi fugienda sunt,  
M. §. 656.

§. 227.

Vt voluptatem et taedium tuum debito modo perficias, §. 202, 226, nosce, experire, metire, quae tibi placeant, displiceant, indifferentia sint, M. §. 61, quae tibi iucunda, grata, molesta, incommoda sint, M. §. 658. et quare sint talia, ac tanta, §. 117. Curaturus voluptatem tuam ac taedium materialemque perfectionem iis conciliaturus, 1) quaere vera tantum, fuge apparentia omnia, M. §. 655, ergo et improportionata obiecto, quorum intuitus errat in calculo, vel iusto minor, qui solet esse intellectualis tantum, vel iusto maior, qui solet esse sensitivus tantum, 2) quaere profutura tibi maxime, fuge noxia, adeoque simul vtiliorum impedimenta, hinc ea, quae hauriuntur ex praeteritis, ubi obscuraverint, vtilius ex futuris haurienda, §. 166. voluptatem ex praesenti bono morali, quae vtilius taedium ex concomitante malo morali obscuraret. §. 167.

§. 228.

Voluptas materialiter perfecta, §. 202, 1) deo delectatur super omnia, et quidem purissime, §. 46. 47. 2) repraesentat tibi mun-

mundum hunc, quam fieri potest, verissime, §. 227, ergo ut optimum. M. §. 936. Si in hoc mundo plura et maiora mala forent, quam bona, deus eum noluisset potius, quam voluisset, M. §. 894, ergo non decreuisset creare, M. §. 695, quod contra, M. §. 933. Sunt ergo in hoc mundo plura, sunt maiora bona, quam mala. Ergo vere mundum hunc repraesentans plus in eo boni, quam mali repraesentat. At talis esse debet tuus huius vniuersi intuitus, §. 227. Hinc ad fortiorum taedio voluptatem ex vniuerso resultantem fortissima quum debeat ex deo delectatio accedere, obligaris ad continuum voluptatis prae taedio prae dominiun, M. §. 656.

## §. 229.

Status totalis aequilibrii tibi non magis quaerendus est, quam indifferentia totalis, §. 228. M. §. 656. Fuge socordiam maxime actiuus fieri laborans et semper hilaris, M. §. 698. Ne tamen statum prae dominantis voluptatis confundas, 1) cum naturali dispositione significandi viuidam voluptatem, 2) cum voluptate non solum fortissima semper, sed etiam clarissima. Haec enim non semper, nec ab omnibus obtineri possunt. §. 7. Semper tristis ne sis, si vel maxime sis plerumque serius, et saepe claris-

clarissimum sit in ideis sociis taedium. M.  
§. 698.

## §. 230.

Vt debitum tibi voluptatis praedominium possibile sit, §. 228. 229, 1) studiosus purioris voluptatis, 2) caue, ne ex vlla re actuali merum taedium in te redundet; hinc utramque cuiusuis finiti faciem nosse labora, bonam et malam, M. §. 264, 3) obversurus tibi pro virili, quam intueri maxime conducet. M. §. 661. 4) Non omnem promiscue voluptatem, etiam in se veram, appete, §. 220, sed quam summa tibi possibilis suaserit sapientia et prudentia, §. 103. 5) Ne taedium verum cum malis molestisque confundas, M. §. 890. neque tamen 6) omne taedium promiscue appetas, etiam in se verum, §. 220, sed necessarium tantum, quale requisitum illustrandae voluptati superponderanti. M. §. 657.

## §. 231.

Quoniam obligaris ad intuitum praeteritorum, praesentium et futurorum bonorum malorumque, §. 158 163, voluptas etiam vel taedium ex iis hauriendum est, M. §. 655. Sed 7) ne confundas voluptatem et taedium praesentia et ex praesentibus, praeterita et ex praeteritis, futura et ex futuris. Est ars figendi voluptates et taedia

ex fluxis et breuibus, praecipiendi iam instantia et reuocandi fugientia. Ergo 8) fugie voluptatem solis praesentibus intentam, et magis, ea tantum sensitua si fuerit, sed pari ratione taedium ex solis praesentibus, praesertim mere sensituum, §. 226. 9) Voluptatem potius ex praesentibus nimiam amara recordatione, vel praeuisione, taedium nimium, si male nunc, dulci recordatione vel praeuisione temperare disce, §. 230. M. §. 659.

### §. 232.

10) Voluptati et taedio ex praeteritis minus attende, quam volupratibus et tae-  
diis ex furoris, §. 166. Quumque ex praesenti tuo statu, quatenus moralis a te pen-  
det, clarior taedium, quam voluptas requi-  
ratur, §. 167, ne illud praedominium vo-  
luptatis necessarium supprimat, §. 228, hoc  
11) clarior praesentia bona, a terminus pen-  
dencia, cum futuris intuenda sunt, §. 229.  
Haec vel ut tibi bona, vel ut aliis bona  
spectari possunt, sicut mala, vel ut tibi, vel  
ut aliis mala, M. §. 660. Nec voluptas ex  
tibi bonis, nec taedium ex tibi malis quis-  
quam verat, §. 150. 12) Neque tamen iis so-  
lis delecteris, ne haec tibi sola displiceant.  
§. 195. Interim 13) maior voluptatis et tae-  
di gradus ex bonis malisue domesticis hau-  
riendus, quam ex aduentitiis, M. §. 660,  
ad

ad illa magis, quam haec, appetenda vel  
auersanda impellat §. 229.

§. 233.

Tibi bona, tam domestica, quam ad-  
ventitia, sunt vel moralia, vel fortuita M.  
§. 912. Tibi mala vel peccata, M. §. 788.  
vel infortunia, M. §. 912. Bona fortuita  
et infortunia quum pendeant a fortuna, 14)  
neutiquam poscitur a te totalis indifferen-  
tia erga fortunam, §. 228, sed potius legiti-  
mus eius, seu bona seu mala fuerit, intui-  
tus, quo venereris causiarum in ea concur-  
rentium omnium caussam primam, M. §.  
912. 315, vel remunerantem, vt fortuita et  
iam ex manu ipsius accipias, §. 79. vel pu-  
nientem, vt totaliter in diuinam voluntate  
resignatus, §. 80, auertendis poenis re-  
quisitam in te bonitatem moralem circum-  
spicias, §. 77. 15) Plus tamen bonis ma-  
lisque moralibus futuris, quam fortuitis at-  
tendas, quia magis sunt domestica, §. 232,  
et a tua libertate pendentia plus attentio-  
nis postulant, §. 221. Plus praesentibus  
bonis malisque moralibus animum adver-  
tas, quam fortuitis, ob eandem rationem;  
et utrisque minus, quam futuris, magis,  
quam praeteritis, in quibus tamen culpae  
potius attendendae sunt, quam infortunia,  
§. 158.

§. 234.

## §. 234.

Perfectionem voluptatibus taediisue tuis formalem conciliaturus, fac, ut ex tibi possibilium optimis intuitibus enascantur, §. 202, i. e. verissimis, clarissimis, certissimis, ardentissimisque plurimarum maximarum perfectionum imperfectionumque, M, §. 187. At eiusmodi de fontibus manantia constantia erunt, non transitoria. Hinc voluptatum taediorumque constantium, non transitoriorum appetens esto. Ne tamen voluptatem et taedium ex transitorio cum transitoriis, nec constantia cum omni modo immutabilibus confundas, M. §. 662 Nam voluptas immutabilis et ex immutabili etiam differunt, §. 231. Haec ut possis singula, §. 226-233, voluptatum taediorumque tuorum, quantum potes, esto dominus, §. 200.

## SECTIO VIII.

## CURA FACULTATIS APPETITIUAE.

## §. 235.

Perfectio facultatis appetitiae erit consensus eius cum reliquis animae variis, M. §. 94, ergo cum facultate cognoscitiae ad idem, M. §. 579. Iam vero cum facultate cognoscitiae repraesentante bonum consenit

tit appetendo, cum repreäsentante malum consentit auerſando. M. §. 665. Quod si fiat, dicitur **SEQUI COGNITIONEM ET FACULTATEM COGNOSCITUAM** (a). **FACULTAS APPETITIU A** sequens cognitionem boni malique mathematicam PROPORTIONALIS est COGNOSCITUAE (b). Perfecturus itaque facultatem tuam appetitiuam, fac 1) sequatur optime pro virili curatam facultatem cognoscituam, 2) illi proportionalis sit, §. 202. tunc enim simul proportionalis erit obiecto, quantum haec proportionalitas in hominis appetitiones cadit, M. §. 894.

- (a) das Begehrungsvermögen folgt dem Erkenntnisvermögen, oder ienes wird durch dieses bestimt,
- (b) das Begehrungsvermögen ist dem Erkenntnisvermögen gleichförmig.

### §. 236.

**Perfectio materialis facultatis appetitiuae** tuae curabitur a te, si videris: 1) ut appetat non, nisi bona, hinc non appetat bona apparentia, M. §. 655. 2) auerſetur non, nisi mala, hinc non auerſetur mala apparentia, M. §. 655. 3) ut appetat et auerſetur non, nisi praesensum, M. §. 605, hinc non appetat falso praeuisa, nec auerſetur; 4) ut appetat non, nisi ea, quae vere praeſagit animus dato conatus exstitura, auerſetur

setur non, nisi ea, quae vere praesagit animus dato conatu tuo impedienda, hinc non appetat, quae vano exstitura somniares praesagio, non auersetur omnibus tuis viribus ineuitabilia, M. §. 617. 5) ut appetat vel auersetur, quicquid appetendum, quicquid auersandum pro verissime rectissime que cognito bonitatis in eodem prauitatisque gradu, §. 235.

### §. 237.

Quo perfectior formaliter erit cognitionis, quam facultas tua appetitiua sequatur, hoc erit et ipsa formaliter perfectior. Hinc emendaturus facultatem tuam appetitiuam cognoscituam emendare teneris. Licet non omnis cognoscituinae emendatio, qua vberatatem, dignitatem, veritatem, claritatem, certitudinem appetitiuam corrigat simul, cuius tristioris phaenomeni rationes partim parent ex, §. 236: omnis ramen huius correctio a correctione illius, praesertim qua vitam, penderet, §. 202. Hinc facultati appetitiuae, ut decet, §. 236. 235. imperaturus, dominus cognoscituinae, praesertim intuituum voluptatis et taedii, quantum potes, fieri labora, §. 200. Optima cognita maxime teneris appetere, §. 236. jam vero potes quaedam plene appetere, M. §. 671. Ergo summa tua appetitio plena erit. Ergo obligaris ad optimam cognitiam

ta plene appetendum, hinc etiam ad appetendum ea efficaciter, et ad eorum opposita plene et efficaciter auersandum, M. §. 671. Erga optima, quae cognoscis, praevides, praesagis, non licet status aequilibrii, postulatur efficax superpondium, M. §. 670, 674.

## §. 238.

Bona certa impedimenta se maiorum bonorum quam plus imperfectionis, quam perfectionis ponant, plus auersanda, quam appetenda sunt, §. 237. Mala certa impedimenta se maiorum malorum quam plus ponant perfectionis, quam imperfectionis, plus appetenda, quam auersanda sunt, §. 237. Talium bonorum auersatio, talium malorum appetitio superponerans quantum sit ABNEGATIO (a), obligaris ad abnegationem. Haec minima est auersatio minime placentis ad consequendum maxime placens, appetitio minime displicentis ad auertendum maxime displicens. M. §. 161. Quo magis placet abnegando auersandum, quo magis displiceret abnegando appetendum, hoc maior est abnegatio. Obligaris etiam ad abnegationem maximam, auersationem post vnum maxime placentis, quod est impedimentum optimi certum, et appetitionem post vnum maxime dis-

displicentis, impedimentum pessimi certum vbi fuerit. §. 24.

(a) Verleugnung.

§. 239.

Abnegatio appetens tibi malum, et auersata tibi bonum, est ABNEGATIO TUI IPSIUS (a). 1) Pone aliquid tibi malum, at certum esse impedimentum mali maioris, sed aliis te perfectioribus, quorum perfectionem aut aequa bene, aut melius nosti, quam tuam. Eiusmodi malum tibi abnegando appetendum est, §. 195, 238. 2) Pone aliquid bonum tibi, sed certum impedimentum boni maioris, at aliis te perfectioribus, quorum perfectio tibi aequa bene, vel melius cognita est, ac tua. Eiusmodi bonum tibi abnegando auersandum est, §. 195, 238.

(a) die Verleugnung seiner selbst, die Selbstverleugnung.

§. 240.

3) Pone tibi malum, sed certum impedimentum tibi peioris, 4) pone tibi bonum, sed certum impedimentum tibi melioris. Illud appetendum, hoc abnegando auersandum est, §. 196, 238. Iam quatuor hic casus saepe existunt, et existunt adhuc plures

res casus exercendae abnegationis. Ergo saepe obligaris ad abnegationem tui ipsius, §. 239. quae hoc maior erit, quo tibi melius auersandum, quo tibi peius appetendum est, donec sit maxima auersatio post religionem, quae merito summum tibi bonum est, §. 27. tibi optimi, et appetitio post impietatem, quae sumnum tibi malum merito censetur, §. 25. tibi pessimi, §. 238.

## §. 241.

AB NEGATIO SPURIA (a) est 1) simula-  
ta, quae prorsus non est abnegatio, §. 238.  
2) ex errore profecta, quae quum sequar-  
tur conscientiam erroneam, vitanda est se-  
cundum, §. 192, cauendo 1) ne pro bonis  
vel malis habeas, quae non sunt, eo sal-  
tim respectu, quo putas, 2) ne pro impe-  
dimentis bonorum vel malorum habeas,  
quae prorsus non sunt, 3) ne pro certis  
sumas impedimentis, quae tamen admis-  
sionem incerta sunt et dubia, 4) ne erres in  
calculo et ratione bonorum malorumque,  
quae impedianter, ad ea, quae impedianter,  
constituenda, 5) ne ex eiusmodi errore ab-  
negando maius malum ad minus auerten-  
dum eligas, maius bonum ad minus attrahen-  
dum negligas, 6) ne obiecta abne-  
gationis bona, quatalia, appetere, mala, qua-  
talia, auersari pro peccato habeas, §. 238.

M. 665.

(a) die Scheinverleugnung.

K

SECTIO

## SECTIO VIII.

CVRA FACULTATIS APPETITIUAE  
INFERIORIS.

§. 242.

Circa instinctus tuos et fugas, quos naturales vocant, M. §. 777. quo facilior in obscuris error, M. §. 578. hoc maiori opus solicitudine, §. 202, non in eorum retundendo robore generatim, quod intendendum potius, §. 154. sed 1) in dirigendis iisdem ad debita obiecta, 2) auertendis ab obiectis non conuenientibus, 3) materialiter perfectis confirmandis, quod fieri viuide distinque repraesentatum obiectum instinctuum et fugarum eiusmodi saepe appetendo vel auersando, quod olim per fortiorem instinctum appetere, per fortiori fugam auersari velis. M. 561. Vnde possibilitas virtutum consuetudinariarum bono significatu concipitur, quas aliquo sensu euanescentes dicas, quo altius in fundum animi penetrant, et consuetudine fiunt altera natura, M. §. 430, M. §. 650. immo, qui possit ipse fundus animi per indirectum perfici, M. §. 511. modo ne tae-deat instinctum fugarumque tuarum eriam, quantum datur, dominum fieri, §. 200.

SECTIO

§. 243.

## §. 243.

Ne confundas per instinctum et fugam naturales, et per hos solos determinari. Posterius vetitum, vbi cunque clariores tibi stimuli vel motiva sunt possibilia, §. 154. M. §. 677. Prius quaerendum, vbi cunque potest obtineri, ut cum rationali et clara appetitione vel auersatione coniuncti sint robur aucturi stimuli, licet obscuriores, sine quibus nunquam proportionata obiectis in ente finito posset obtineri vel appetitio, vel auersatio: quia nullius singularis, vti sunt decernenda singula, singula bona et mala potest spiritus finitus clare cogitare, in summam tamen notarum obiecto proportionatarum singula debent ingredi, §. 235, 236. Exempli loco sit curiositas et instinctus honoris, fuga ignorantiae et ignominiae, M. §. 688. Instinctus et fugas generatim eradicatum ire, est ethicae chimerae, §. 7.

## §. 244.

Quum ad viuidissimum quorundam bonorum malorumque intuitum, qui tibi possibilis est, obligeris, §. 220, nec ille tamen unquam in te possit esse purissimus, debeat tamen esse, qui potest, ardentissimus, §. 154. M. §. 720: obligaris ad eiusmodi intuituum certa corollaria, affectus, M. §. 678. Ergo APATHIAN (a), statum omnium

omnium affectuum expertis, ne expertas,  
 §. 235. Quoniam tamen quidam affectus  
 possunt ex taediis voluptatibusque appa-  
 rentibus oriri: caue **EMPATHIAN** (b),  
 statum quibusuis affectibus se exponentis,  
 §. 236, auream in his etiam mediocritatem  
 amaturus tutissime. Mediocritas moralis  
 in affectibus se exserens est **METRIOPA-**  
**THIA** (c), quaerenda, §. 170.

(a) ein Mensch ohne Leidenschaften, (b)  
 ein Mensch voller Leidenschaften, (c)  
 das rechte Maas der Leidenschaften.

### §. 245.

Vt bonus, pro virili, possis esse patho-  
 logus practicus, M. §. 678. acquire, quan-  
 tum potes, in affectus imperium, §. 200.  
**SERVUS AFFECTUUM** (a) est, qui non  
 tantum in eosdem imperium habet, quan-  
 tum ipsi possibile; ergo caue, ne sis ser-  
 vus affectuum. Illudque cauturus esto pro  
 virili pathologus, tam psychologicus,  
 quam aestheticus, M. §. 678. at cognitione  
 viua, §. 153, etiam mathematica, et ratio-  
 num conscientia, §. 157, M. §. 681. Sic impe-  
 trabis, vt 1) nunquam solis affectibus re-  
 garis, vbi rationalis tibi simul volitio vel  
 nolitio possibilis, §. 243, 2) ne vnquam  
 affectus gratus ex bono apparente, ingra-  
 tus ex malo apparente oriatur, §. 236 M.  
 §. 679. 3) ne feraris affectu grato in nun-  
 quam

quam futurum, ingrato in ineuitabile se-  
rio, 4) ne affectus tui sint improportiona-  
ti obiecto verissimaeque tibi possibilium  
de eodem cognitioni, §. 236. 5) ne ex se-  
quiori intuitu fluant, quum possint ex per-  
fectiori, hinc 6) aut semper consentiant  
superiori facultati appetitivae, aut saltim  
post aliquam luctam per huius intuitum  
magis completerum, dignorem, veriorem,  
clariorum, certiorem vincantur, §. 237.  
M. 693.

(a) ein Sclave seiner Leidenschaften.

## SECTIO X.

## CURA VOLVNTATIS.

## §. 246.

Quum volitiones nolitionesque perfe-  
ctiorem cognitionem sequantur, quam in-  
stinctus et affectus, M. §. 690. eas potissi-  
mum in omnibus tuis appetitionibus auer-  
sationibusque appete, §. 237. sicut in elate-  
ribus animi motiua p[re]e stimulis, M. §.  
690. Quia tamen non obligaris ad impos-  
sibilia, §. 7, non obligaris i) ad quicquam  
pure volendum nolendumve. Aether pu-  
rior est, tamen aëre vescendum heic erit.  
2) ad omnia, quae apperenda tibi sunt,  
volenda, omnia auersanda tibi nolenda M.  
§. 692. Hinc diudica, quae forsan appete-  
re vel auersari sensitiue sufficiat, quae vel-

le vel nolle requiratur, quae satis sit implicite, quae satius sit et explicite etiam velle vel nolle, §. 202, et in his optima cognita decerne, §. 237. M. §. 695. Quod ut possis, quum opus sit deliberatione, M. §. 696. hinc hac saepius indigeas, esto consideratus et circumspectus, caue, ne sis, praesertim in grauioribus, inconsideratus. Fuge tamen animum anticipet et indeterminatum habitualiter, amator promititudinis in eligendo, §. 21. Hanc mulsum iuuabit 1) bene praeparatum esse pectus ad deliberationem accessurum bonis maioribus propositionibus syllogismorum practicorum, quas MAXIMAS (a) vocant, de iis tam viue conuictum, ut constans sit sine pertinacia, M. §. 699. 2) Exercitium sub iis euentus subsumendi. Vnde paret inchoatam conscientiositatem in tenuioribus adhuc initiorum gradibus hominem ex pertinaci aut inconsiderato nonnunquam mutare in anticipet et fluctuantem, in maioribus autem gradibus strenue continuatam tandem dare constantem animis promititudinem. §. 193.

(a) die Regeln des freyen Verhaltens die man sich angewöhnt hat.

### §. 247.

Perfecturus libertatem tuam 1) de eius existentia te conuince, quantum potes,  
quia

quia alias nonens arbitratu tuo perfectius reddere non laborabis, M. §. 666. Quod ut possis, 2) ne singas animo libertatem tuam realiter infinitam et omnino puram, M. §. 725, 898. 3) cogita perfectionis in eadem necessitatem, dum sine huius cultura tota anima rufis indigestaque, § 204, 246. Vnde simul patet, quam periculosi sint errores libertatem negantium, 4) experire, metire et tenta, quid et quantum in te iam valeat, M. §. 697, et 5) quibus cunque Scientiae, experientiae, fideique connubiis inquire in eius limites essentiales, naturales, morales, bonas malasque restrictiones, §. 185, 6) caue somnia, moralia etiam, actionum tuarum absolute coactarum, M. §. 702. prorsus non spontanearum, M. §. 704. externe realiter necessitatarum, M. §. 707. mere naturalium, quarum oppositum forte paullo difficultius est, M. §. 708. earumdemque phyllice saltem coactarum, M. §. 710, inuitarum quo cunque significatu non imputabilium, M. §. 712, 713, quales inuitae per ignorantiam et errorem, M. §. 716, involuntariarum nullarum imputabilium, M. §. 721, 722, moraliter necessariarum non liberarum, M. §. 723, 724, per motiuia et distinctum lubitum determinatarum minus liberarum, §. 161. M. §. 725.

## §. 248.

Perfecturus libertatem tuam 7) ne ipsam cum falsa et inani eius specie confundas, qualis exlex licentia et libertas per casum purum operata, §. 247, 8) eam pluribus maioribus maioriisque pro libitu actuandis volitionibus nolitionibusque assuefac, M. §. 725, exercitiis, primo facilioribus, successiue difficultoribus, discens te ipsum cogere, §. 714, vbi cunque melius nosti, quod inuitio patrandum erit. §. 246. Si post luctam appetitus et auerstationis minus plenarum aliquid inuitus decernas aut consequenter nolis, **VINCIS TE IPSUM** (a). Si quid optimum cognitum simul minus plene auerseris, si quod optimi oppositum minus plene appetas, opus erit 9) victoria tui, §. 238, 245. Iam dominium tui in nobilioribus tuis officiis est, §. 200, 247. Victoria tui in nobilioribus et difficultoribus exercitiis dominii in te ipsum, M. §. 527. Hinc patet nobilitas debitae in te ipsum victoriae. 10) Caue seruitutem moralem, §. 200. M. §. 730. serulia et abiectionem indolem, M. §. 732. Ama liberalia et erectam indolem, M. §. 730, 732.

(a) sich selbst besiegen, überwinden, der Sieg über sich selbst.

## §. 249.

## §. 249.

Mediocritas in appetendo est **TEMPE-  
RANTIA** (a), excessus **IN TEMPERANTIA**  
(b). Temperantia appetitus nimios cauens  
est **ABSTINENTIA** (c), s. continentia.  
Hinc intemperantia simul incontinentia est.  
Habitus intemperanter appetendi, quod  
in malis bonum videretur, est **TEMERITAS**  
(d). Mediocritas in auersando est **FORTI-  
TUDO** (e). Fortitudo nimias auersationes  
cauens est **PATIENTIA** (f). Excessus in  
auersando est **MOLLITIES ANIMI** (g),  
quae simul impatientia. Habitus molliter  
auersandi, quod in bonis malum videretur,  
est **TIMIDITAS** (h), (animus humilis, in-  
fractus, demissus, confractus,) Defectus  
in auersando, s. **INDOLENTIA** (i), et ap-  
petendo **PHLEGMA MORALE** vocatur  
**SIGNIFICATU MALO** (k), progenies so-  
cordiae, M. §. 698. **BONO** enim **SIGNI-  
FICATU** (l) est iusta dosis temperantiae et  
fortitudinis ad bona consequenda pruden-  
ter, et mala prudenter auertenda requisi-  
tiae. Quaere temperantiam et abstinenti-  
am, ( $\alpha\pi\epsilon\chi\omega\nu$ ) fortitudinem, patientiam  
( $\alpha\pi\epsilon\chi\omega\nu$ ) et phlegma morale significatu bo-  
no. Fuge intemperantiam, temeritatem,  
mollitatem animi, impatientiam, timidita-

K 5 tem,

tem, indolentiam, et phlegma morale significatu malo, §. 170.

- a) Mäßigkeit, Mäßigung,
- (b) Unmäßigkeit,
- (c) Enthaltsamkeit,
- (d) Verwegenheit,
- (e) Tapferkeit,
- (f) Geduld,
- (g) Weichlichkeit,
- (h) Furchtsamkeit,
- (i) Fühllosigkeit,
- (k) Mangel der Begierden,
- (l) kaltes Blut.

### SECTIO XI.

#### CURA CORPORIS.

##### §. 250.

Corporis tui perfectionem quaere, quantum potes, §. 150. Iam autem consensus eius cum anima, et consensus omnium eius membrorum inter se ad mutationes hominis harmonicas erit perfectio corporis, M. §. 94. 764. Ergo curaturus perfectionem corporis materialem fac, ut ad optimas actiones harmonicas consentiat, qua singula membra ad easdem requisita; curaturus formalem, fac ut tam apte consentiat ad easdem cum anima, quam fieri per te potest, §. 202. Vitaturus imperfectionem corporis tui, §. 151. caue materialem, qua corpus impediret mutationes harmonicas optimas, quantum potes, §. 202.

##### §. 251.

Quum corpus post mortem intereat, hinc nullius amplius perfectionis, qua corpus humanum, capax sit: quantum ad singulas per-

perfectiones corporis simul sumtas quaerendas obligaris, tantum obligaris ad eius vitam quaerendam, M. §. 776. Hinc ad curam vitae huius tui corporis magis obligaris, quam ad villa alia respectu ipsius obseruanda officia, excepturus ab his, quotiescumque cum vita collidant, §. 24. Occasiones amittendae VITAE sunt eiusdem PERICULA (a). Haec non temere captanda, moraliter autem vel physice necessaria fortiter et patienter, sine mollitie animi et indolentia mala et timiditate, subeunda sunt, §. 249. Mediocriter ama vitam hanc, §. 170, cauens, ne scopum tibi eam constitutas plus ultra non cogitans, VENTRI OBDIENS (b), §. 103. et omnem excessum in amore HUIUS VITAE, eius AVARITIAM (c), et defectum, eius PRODIGALITATEM (d). Quum ex hac vita multae verae perfectiones dependeant, §. 11-250. non est, cur iustus eius aestimator sis vitae contemtor, §. 168.

- (a) Lebensgefahren, (b) ein Bauchdiener,  
 (c) die gar zu grosse, (d) gar zu kleine  
 Liebe zum Leben.

### §. 252.

Ad quaerendam hanc vitam quantum obligaris, tantum vitare teneris eius opportum, mortem, §. 251. M. §. 776. Haec quasi

quasi transitus e domo in domum est, M. §. 785. Sicut sapiens erga hunc nec totaliter est indifferens, nec in statu totalis aequilibrii, neque tamen eum nimis laetatur, praesertim gauisus sede sic satis commoda, nec nimis horret, praesertim vbi se melius habiturum certus est: ita mortem exspecta, donec pulsauerit, interim, quantum potes, eam vitans, et AUTOCHIRIAM (a), actionem, qua fieres auctor mortis tuae, tam subtilem minus obseruabili tibi nexus mortem contrahentem, quam crassam, tam repentem, quam repentinam, tam culposam, quam dolosam, §. 251. Morti semper paratus, §. 163. caue tamen, quantum potes, saltim deprecando, §. 94. MORTEM IMMATURAM (b) nondum fines huius vitae consequuti, da operam, ut mori queas, vbi moriendum est, VITAE SATUR (c), certus hanc vitam tibi non amplius necessariam, §. 229.

(a) Selbstmord, (b) frühzeitiger Tod, ein zu früher Tod, (c) lebenssat.

### §. 253.

In hac vita quaere summum tibi possibillem habitum actionum harmoniarum generatim in toto corpore tuo, §. 150. M. §. 219. et in singulis eius membris INCOLUMITATEM (a), debitam partium in iisdem coor-

coordinationem, et DEXTERITATEM (b) habitum functionum ipsis conuenientium. Hic habitus, quatenus a natura non impedita pendet, SANITAS (c) vocatur. Ergo studiosus esto sanitatis torius corporis et singulorum eius membrorum. Sanitatis oppositum in corpore viuo MORBUS (d) est Morbos torius corporis singulorumque membrorum vita, quantum potes, §. 250.

- (a) ein unverstümmelter Körper, (b) Geschicklichkeit des Körpers und seiner Gliedmaßen, (c) Gesundheit, (d) Krankheit.

### §. 254.

DIAETA est ratio siue imos sanitati conuenienter viuendi, eiusque regulas complexa ars DIETETICA (a). Sanitati conuenienter autem viuit, qui in suis actionibus remedia conseruandae augendaeque sanitatis eligit, vitat eius impedimenta, M. §. 82. Ut ergo possis pro virili diaetam obseruare, §. 273, da operam dieteticae, non speculativae, sed viuuae, §. 79, sanam suadenti praesertim 1) mentem, 2) alimenta, 3) calorem, 4) motum, 5) excretionem, M. §. 734. Sana mens hic praecipue ille status animae, qui sanitati maxime conducit, Mens non ebria §. 158, sed so-  
luta

*luta curis*, §. 197. Curae diaeteticae sunt ipsis primis diaeteticis regulis contrariae, §. 197. quales 1) tormenta aegrotorum imaginiorum, non totaliter solum talium, quorum nullus morbus est, nisi sorsan in cerebro, sed et partialiter talium, sensations morbi imaginationibus mirifice supplentium, 2) semper inaudita et minutissima diaetae praecepta conquirentium anxiae calculationes et ponderationes, 3) terrores morbi possibilis praeuisione iam letis affigendorum, e. c. §. 198. His praestat cura corporis perpestii, non quibus ue molestiis statim cedentis, §. 249.

(a) die Gesundheitskunst.

### §. 255.

Sanitatis maior gradus est **VIGOR CORPORIS** (a), minor autem, iam morbi circa confinia ludens, **INFIRMITAS**, languor, et imbecillitas **CORPORIS** (b). Sicut ipsa sanitas, ita maior eiusdem gradus, saepe a libertate tua proprius non pendet: ut in morbis haereditariis, infirmitate corporis connata, aut a culposa educatione pendentibus corporis defectibus. Hinc vigorem eiusmodi ne arrogans, §. 172. morbos eiusmodi vel imbecillitates ne animo abiectioni imputes, §. 174. aut ad murmurationem et inuectivas contra malum tuum fidus te impel.

impellere patiaris, §. 81. Quatenus tamen et ipsa sanitas et vigor corporis diaeta augeri, conseruari, immo saepius restitui potest: eatenus sanitati, quantum potes, daturus operam, §. 253. vigorem torius corporis et singulorum membrorum cura, languorem totius et partium, quantum dabitur, vitaturus.

(a) die Munterkeit des Körpers, (b) die Schwaechlichkeit, Mattigkeit des Körpers.

### §. 256.

Dexteritas totius **CORPORIS** ad actiones hominis harmonicas et membrorum eius ad conuenientes functiones, quatenus exercitio acquiritur, est **AGILITAS** (a). Agilitate insigniter destitutus est **HOMO SEMETIPSUM IMPEDIENS** (b). Quum corpori sano et vegeto accedens agilitas eius perfectionem augeat, §. 250. imbecillis autem, immo autem aegroti aliqualiter imperfectionem saepius imminuat, §. 283, 225. defectus eius notabilior ibi saepe distractus, vbi summa opus animi praesentia, 255. quantum potes, agilitati etiam corporis danda est opera. Hanc intendentia exercitia, praesertim nobiliora, dicuntur **EXERCITIA** (c) per eminentiam. Hinc exercitorum diiudicanda moralitas, cauenda tamen **PASSIO ATHLETICA** (d), excep-

excessus in appetendo corporis robore, §. 255. et **HISTRIONICA** (e), excessus in appetenda corporis agilitate, §. 170. 249. quoties enim officia potiora impedierit, testatur de spiritu minutiarum, §. 196.

- (a) die Behendigkeit des Körpers,
- (b) ein plumper, unbehendiger Mensch,
- (c) Uebungen,
- (d) die auschweifende Liebe zur Stärke,
- (e) zur Behendigkeit des Körpers.

### §. 257.

**PERICULA** (a) sunt occasiones malorum. Hinc pericula sanitatis sunt occasiones eius amittendae. Iam amissa sanitas s. morbus est occasio mortis, siue vitae periculum, §. 251. Ergo pericula sanitatis etiam vitanda, quantum datur, §. 253. Quoque magis sanitatis periculum est simul periculum vitae, hoc in agi fugiendum est, §. 251. **MORBUS LETHALIS** (b) est, ex quo mortem sequi physice necessarium est. Hinc pericula morborum (vulnerum), lethalium potissimum, fugienda sunt, obseruato tamen, §. 251.

- (a) Gefahren,
- (c) eine tödtliche Krankheit,

### §. 258.

Quo plus certum membrum, quoque nobiliores ad actiones hominis harmonicas

cas confert, hoc maiorem ponet eius dexteritas et incolumitas perfectionem corporis, hoc maiorem attentionem postular, §. 150, 202. Hinc primum locum occupant VITALIA (a), quorum laesio laethalis est, §. 257. 151, post haec organa sensuum, quorum incolumitas est debita sensationis conditio, sine qua non, in hac vita, nec illa solum externa corpori, sed quicquid etiam intra corpus rectae sensationis pertinet ad hypothesin unicam, §. 201-250; tandem motuum arbitrariorum elateres in corpore potissimi et instrumenta praecipua. Ergo sistema nerueum praesertim sanum et vegetum seruetur sensationi et motibus arbitrariis, M. §. 733.

(a) die Lebenstheile des menschlichen Körpers.

### §. 259.

VICTUS (a) s. alimentum est complexus corporum, ex quibus chilus per concoctionem exprimitur. Chilus autem totius est corporis incrementum. Ergo una ex posterioribus sollicitudinibus in curando corposo sit sani chili 1) ex sanis, 2) rite praeparati, §. 258. Qualem et quantum aut experientia, aut fide, aut rationibus aliis nosti viatum vitae, sanitati, vigori, agilitati corporis tui maxime conducere, para tibi,

L quan-

quantum potes, his noxiū viraturus, §. 251-256. Quumque, rite ut fiat concoctio, intersit tam animae, quam corporis, §. 258. 1) difficultia concoctū ne temere facilioribus anteferas, 2) caueas concoctionem impeditentia, prout potes, M. §. 527.

(a) die Nahrungsmittel.

### §. 260.

Temperantia in vietu, praesertim abstinentia a potu fortiori est SOBRIETAS (a). Ad huius generalem obligationem, §. 249. accedit specialis diaetetica, §. 254, quo corpus infirmius, hoc magis obligans ad abstinentium non a nimis solum, sed iis etiam, quae qualitate peccant, §. 259. Intemperantia in cibo est VORACITAS (b), in potu, TEMULENTIA (c). Maior temulentiae gradus est EBRIOSITAS (d). Ad has vitandas, praeter §. 249, 254. inuitabit consideratio indispositionis arbitriae ad nobilissimas hominis actiones actuales, actualem, habitualis, habitualem eiusmodi excessum consequentis, §. 10, 150.

(a) die Nüchternheit,	(b) Gefraessigkeit,
(c) Trunkenheit,	(d) Besoffenheit, ein Trunkenbold.

### §. 261.

Intemperantia in vietu ob delectationem sensualem ex gustu praeuisam est GULOSI-

LOSITAS(a), quam facile vitabis secundum,  
 §. 260, cogitans i) quam exigua, quam ap-  
 parens, quam transitoria sit voluptas gu-  
 lae comparata cum sobria, quam impedit,  
 delectatione ex iucundioribus, non exclu-  
 dente tamen veram voluptatem ex optimi  
 coqui famis ferculis hauriendam, sed ipsa  
 porius mensae bellaria condiente, §. 24.  
 2) ipsas istas Sardanapali delicias non in-  
 terrupro paene vnu hebescere. Si ranti  
 est edere, bibere, temperans esto hodie,  
 vt cras edere, bibere possis. Quascunque  
 quis fingere sibi possit intemperantiae ra-  
 tiones, 3) plura tamen semper incommo-  
 da praeuidere poterit, si velit, §. 162.  
 Quoque plura alicui inde incommoda  
 praefagienda sunt, hoc magis eam vitare  
 tenetur, §. 260. Quo plura edas, bibas-  
 ve, hoc plura concoquenda sunt. Si mi-  
 nus recte concoquantur: multi morbi ex  
 indigestione. Si concoquantur, vt decer,  
 plus inde chili. Qno plus chili, hoc plus  
 sanguinis. In hoc ergo casu, si plura edas  
 vel bibas, quam quae diaeterica sunt, plus  
 tibi erit sanguinis, quam quantum vitae,  
 sanitati et agilitati corporis optime con-  
 ducit, §. 254. Maior eiusmodi sanguinis  
 copia est PLETORA (b). Pletora mater  
 multorum morborum et imbecillitatum.  
 Hinc vita sedentaria et fuga venae sectio-  
 num sunt motiua sobrietatis, §. 260.

(a) Schlemmerey,

(b) Vollblütigkeit,

## §. 262.

MORS PHILOSOPHICA (a) veteribus dicebatur complexus EXERCITIORUM TELESTICORUM (b), quibus anima vinculis crassioris corporis homine adhuc vivo sensim soluitur. Haec ubi commendatur, vel commercii inter animam et hoc corpus intenditur successiva destructio, et est praeceptum ethicae deceptricis, §. 7, 8, quia obligaris ad conseruationem huius commercii, quam praestare potes, maximam, §. 255. M. §. 736: vel id, quod disciplinam corporis (castigationem, mortificationem) alii dicunt. DISCIPLINA CORPORIS (c) est dominium sui tollens, quae sensibus externis iucunda, nobiliorum actionum harmonicarum impedimenta. Haec quum sit abnegatio sui ipsius, §. 239, ad eam saepe obligaris, §. 240, cautem tamen instituendam, §. 241.

(a) der philosophische Tod, das philosophische Sterben, (b) Uebungen die zur Vollkommenheit führen, (c) die Castrierung, die Creutzigung des Fleisches.

## §. 263.

Diutius denegatus corpori victus est IЕIUNIUM vel TOTALE (a), denegatio victus omnis per certum tempus, vel PARTIALE (b) denegatio victus certae qualitatis,

tatis, vel quantitatis, qui tamen alias nobis vistatus est. Ieiunium telesticum diuidicandum ex §. 262. Quoties tamen cunque per sobrium victus vsum iidem fines aequae bene obtineri possunt, qui per ieiunium intenduntur: huic ille praferendus est, dum hoc vigorem imminuit, tali in casu, sine necessitate, §. 255. Scrupulosam ciborum potuumque criticam, tam philosophicam, quam mathematicam dijudicā ex §. 254, coquinariam ex §. 196.

(a) das gäntzliche Fasten, (b) das Fasten zum Theil.

### §. 264.

Perfectio vel imperfectio CÖPORIS integrī, quatenus oculis est obseruabilis, est eiusdem FORMA (a), quae quum maximam partem a te non dependeat, non solum pulcritudinem sibi tribuens, assentiente ne speculo quidem, sed et satis pulcra ranula se dianam putans, nimium colori credens, suis meritis omnem annumerans, eique paene soli intenta arrogans est, §. 171, 172. Deformibus afflictis non est addenda afflictio, §. 173.

(a) die Leibesgestalt.

### §. 265.

Iustus sui aestimator vbi formam paucioribus minoribusque suis finibus parum

L 3 in-

inseruientem cognouerit: non eam quidem negliget indifferentia stoica, §. 226, nec sine ratione destruet, si quid ipsi fuerit pulcritudinis, §. 250, proportionate ramen bona omnia appetens, §. 235. grauioribus intentus, huius distinctiorem curam infra intellectum suum positam, saltim extra eius horizontem esse deprehender, §. 223.

### §. 266.

**A M I C T U S** (a) est complexus corporum, quibus corpus nostrum proprius circumdare solemus. Non in eo vitae, §. 251. sanitatis, §. 253. caloris praecipue diaetetici, §. 254, et agilitatis solum habenda est ratio, §. 256. sed etiam sapore delicato M. §. 607. praeferre reliquis amictum vel naeuos formae obscurantem, vel dotes illustrantem, pulcrum est, in iis praecipue, in quibus formae non est in requisitis ultima perfeccio, modo deformem esse curam mangoni nimis anxiā meminerint, §. 265.

(a) die Kleidung.

### SECTIO XII.

#### CVRA OCCUPATIONVM ET OTII.

### §. 267.

Quum animae, corpori, totique homini tam physice impossibilis sit, dum existit, M. §.

M. §. 216, 418, omnium actionum cessatio,  
quam moraliter, §. 10. 266. ethicae deceptri-  
cis praeceptum est, nihil agendo, nihil co-  
gitando, nihil appetendo beatitudinem  
aucupari, §. 7, 8, vnde denuo patet totalis  
indifferentiae moralis absurditas. Semper  
agens homo tum tamen OCCUPATUR de-  
mum, quando ad finem, cuius sibi con-  
scius est, actiones suas dirigit. Hinc oc-  
CUPATIO (a) hominis est actio ab ipso  
cogitante ad certum finem directa. Ho-  
mo non occupatus OTIATUS, OTIUM  
(b) est status hominis non occupati. Oc-  
cupationes hominis quaedam possunt esse  
ordinariae, quaedam extraordinariae, M.  
§. 384. quaedam molestae, quaedam iucun-  
dae, M, §. 658. Status hominis, in quo ad  
specialius occupationum ordinariarum ge-  
nus obligatur, est VITAE GENUS (c). Oc-  
cupationes ordinariae et molestae, sunt  
NEGOTIA (d). Status hominis, non ne-  
gotiis, occupati tamen, quum etiam OTIUM  
dicatur, vocabimus COMPARATIUUM  
(e).

- (a) Beschäftigung, ein Mensch hat was zu thun,
- (b) Musse, ein Mensch hat nichts zu thun,
- (c) die Lebensart,
- (d) Ge-  
schäfte,
- (e) die Musse vergleichungs-  
weise genommen.

### §. 268.

Minima occupatio esset vnica actio mi-

L 4 nima

nima ad vnicum minimum finem praeui-  
sum, quam fieri potest, imperfectissime  
susceptra, M. §. 161. Hinc quo plures, quo  
maiores actiones, quo plures, quo maio-  
res, quo perfectius praeuidendos ad fines  
fusciendiæ sunt: hoc maior est occupa-  
tio. Iam obligaris ad plurimas nobilissi-  
masque actiones, ad plurimos nobilissimos  
fines prudenti sapientique simplicitate sub-  
ordinandos vnioco, clarissimeque, quantum  
potes, praeuidendos, §. 10-266. His vbi  
connumeraueris ex virae genere fluentes,  
§. 267: habebis satis superque, quo semper  
occuperis, quantum potes. Nunquam  
otandum est, vbi potes occupari, §. 267,

## §. 269.

Cui otium habitualiter molestum est, est  
SOLERS (a), (operosus, semper agens ali-  
quid.) Cui occupatio habitualiter mole-  
sta est, est INERS (b), deses. Operosis  
occupatio, inertibus otium habitualiter in-  
cundum est, §. 268. M. 658. Naturalis acti-  
vitatis solertia, socordiae desidia et inertia  
fructus sunt, M. §. 698. Obligaris ad soler-  
tiam et operositatem quaerendam, et iner-  
tiam fugiendam, §. 268. Ergo ad vincen-  
dam, si qua tibi fuerit, naturalem socor-  
diam et quaerendam actuitatem, §. 248,  
242. Ut tamen perfectionem, quam pot-  
est, maximam, materialem eriam, nanci-  
scatur

scatur solertia tua, §. 202, non occupatio-  
nes promiscue, sed, quae possunt, optimae  
tibi habitualiter arrideant.

(a) ein geschaeftiger, (b) ein ungeschaefti-  
ger Mensch.

## S. 270.

Pars vitae nostrae, qua occupari possu-  
mus, TEMPUS NOSTRUM est SIGNIFI-  
CATU MORALI (a). Hinc deses nolit vn-  
quam tempus esse, semper, ipso iudice,  
nondum aut non amplius tempus est. §. 269.  
Data dati temporis occupatio PENSUM (b)  
est. Hoc vel accurate tantum, quantum  
dato tempore absolui potest, vel minus vel  
maius, M. §. 160. In casu primo, datum est  
PENSI, QUANTUM SATIS est (c): in casu  
secundo; TEMPUS NIMIS LONGUM,  
PENSUM NIMIS BREUE est (d): in casu  
tertio: TEMPUS NIMIS BREUE, PENSUM  
NIMIS LONGUM est (e). Hinc quia desi-  
di tempus semper nimis breue viderit,  
dum nullum habet vnquam, plerumque  
pensum apparebit nimis longum, si vel ma-  
xiime tantum habuerit pensi, quantum satis  
est. Solerti iam semper autadhuc tempus  
est. Hinc nisi habuerit, se iudice, quan-  
rum satis est pensi, tempus longum sentier.  
Quumque TEMPUS occupatione vacuum  
ipli molestum sit, §. 269: FALLET (f) il-

lud, suscipiens occupationes, quarum finis in proximis primarius est, otii molestias impedire.

- (a) unsere Zeit im moralischen Verstande;
- (b) eine nach unserer Zeit abgemessene Beschäftigung,
- (c) ein Mensch hat genug zu thun,
- (d) zu wenig zu thun,
- (e) zu viel zu thun, er ist mit Beschäftigungen überhäuft,
- (f) die Zeit vertreiben, verkürzen,

### §. 271.

Diaeta semper, quoque solertior fueris, hoc magis requiret otiori nonnunquam, §. 254, et id quidem non comparative tantum, §. 267, sed et cessando ab omni occupatione, veluti per somnum, M. §. 556. Hinc somno et otio suum si datum fuerit temporis, tale scilicet, et tantum, quale et quantum vita, sanitas et vigor poposcerit, §. 255. reliquum demum tuum putaueris. §. 270. DISPENSATIO TEMPORIS NOSTRI (a) est diuidatio, quid quantumque temporis nostri singulis occupationum nostrarum tribuendum sit. Quae quum iusta sit pars iusti de te rebusque tuis iudicii, iustus esto dispensator temporis tui, §. 164. Hinc ut dispensatio temporis tui sit, quae potest verissima, §. 165. indaga 1) quae vere tuae sint occupationes, i. e. quibus occupari tenearis, 2) quantae sint illae, ut tempus illis

pro-

proportionari possit 3) quale tempus cui libet earum etiam per rationes diaeteticas commodissima sit occasio, §. 154. 4) quantum requiratur ad quamvis temporis, ne pensa vel nimis brevia, vel nimis longa ribi imponas, lente festinans, §. 270. Dispensatio temporis tui sit, quae esse potest, ardentissima, §. 191. hinc **TEMPUS** impende occupationibus, quibus et quantis iustissima dispensatione, quae tibi possibilis fuit, aptissimum praeuidisti; sic non **NE** solum, sed et optime, **COLLOCA** **RUS** (b).

(a) die rechte Eintheilung der Zeit, (b) die  
rechte Anwendung der Zeit.

### SECTIO XIII.

#### CVRA CASTITATIS.

##### §. 272.

In motibus corporis arbitrariis est etiam coitus magna comitante caterua venereum actionum, M. §. 733. In his etiam, et complexum stimulorum ad easdem **LIBIDINEM** (a) acquirendum animae, quantum potes, dominium, §. 262, 234. Hinc nec in his omnem promiscue voluptatem apperas, sed quam summa tibi possibilis suaserit prudentia, §. 230. Quam vbi regulam sequi volueris, ex subordinatione animalium tuorum facile patebit concubitum;

non

non licere, nisi cum persona diuersi sexus, quacum sis in societate ad commercium arctissimum, §. 10. Talis persona CONIUX (b), societas ipsa MATRIMONIUM (c) est. Ergo qui arctissimum cum persona alterius sexus commercium ad procreandam et educandam sobolem, inire non physice solum, sed et moraliter potest, per ipsam libidinem obligatur ad matrimonium, §. 6.

(a) die Lust zum Beyschlafe, (b) ein Ehegatte, (c) der Ehestand.

### §. 273.

Quum non omnes actiones libidinosae licitae sint, §. 272. hoc magis obligaris circa eas ad temperantiam, §. 170. quo plura cum hac etiam naturalia coniuncta sunt praemia, M. §. 908, vigor totius corporis, §. 255, et partium eius primiarum, §. 258, quo magis foent poenae naturales intemperantis libidinis, M. §. 908. Abstinentia circa libidinem est CASTITAS (a), haec in representationibus, INTERNA (b), abstinentia a libidinosis corporis motibus, est castitas EXTERNA (c). Ad internam quum obligaris, certum eius consecutarium externa castitas per se sequetur. Obtineti tamen nec haec, multo minus illa, facile poterit, nisi abstineatur a libidinem incitantibus, hinc ad castitatem obligatus obli-

obligaris ad habitualem horrorem ab inci-  
rimentis veritae libidinis, qui PUDICITIA  
(d) (verecundia) §. 272.

- (a) die Keuschheit, (b) die innerliche,  
(c) die aeusserliche, (d) die Scham-  
haftigkeit, Züchtigkeit.

### §. 274.

Libidinis intemperantia est IMPURI-  
TAS (a), vel in representationibus INTER-  
NA (b), vel in motibus corporis EXTER-  
NA (c). Huius maior gradus est SALACI-  
TAS (d). Hanc vitaturus, vt decet, §.  
273. viter habitualem amorem veritatem libi-  
dinem incitantium, impudicitiam s. LAS-  
CIVIAM (e). Ne tamen cum castitate con-  
fundatur totalis actionum venearum omis-  
sio, cum verecundia horror omnium ad  
eas inuitantium, §. 237. cum impuritate,  
non ipsa solum copula carnalis, sed et eo  
pertinentium vel vna cogitatio, cum lasci-  
via ciuilior, vrbanior etiam, cum perso-  
nis alterius sexus conuersatio, quam qua  
erga homines tui sexus vti soles.

- (a) Unreinigkeit, (b) innerliche, (c)  
aeusserliche (d) Geilheit, (e) Scham-  
haftigkeit, Unzüchtigkeit.

### §. 275.

Quum CONCUBITUS EXTRA MATERI-  
MONI.

MONIUM (a), i. e. qui non exercetur inter personas sibi inruo coniuges, sit illicitus, §. 272. talis commixtio PERSONARUM SOLUTARUM (b), i. e. quae non sunt coniuges, s. SCORTATIO (c) est illicita. Scortantium pars vna si fuerit prostibulum, est FORNICATIO (d), si minus, s. PERSONA HONESTA, est STUPRUM (e), idque suscepturn vel post consensum, VOLUNTARIUM (f), vel cum inuita, VIOLENTUM (g). Concubitus extra matrimonium cum alterius coniuge est ADULTERIUM (h), vel personae solitae, SIMPLEX (i), vel coniugis, DUPLEX (k). Concubitus tandem personarum sanguine ram arête iunctarum, ut matrimonium inter se contrahere nequeant, est INCESTUS (l). CRIMINA CARNIS (m) sunt peccata ex libidinis intemperantia, quae si committantur inter personas, inter quas matrimonium est physice possibile, sunt NATURALIA (n), in quibus matrimonium nec physice quidem possibile est, sunt CONTRA NATURAM (o), quo sodomia, paederastia: & quae sunt alia nefanda verecundiae, §. 273. illicita, §. 272.

- (a, c) der Beyschlaf außer dem Ehestande,
- (b) unverehelichte Personen, (d) Hurey,
- (e) die Schaendung oder Schwächung einer Person, (f) die freywilige, (g) Nothzüchrigung, (h) Ehebruch,
- (i) der einfache, (k) der doppel-

doppelte, (l) Blutschande, (m)  
 Sünden des Fleisches, (n) die natür-  
 lichen, (o) die unnatürlichen.

## SECTIO XIII.

CVRA NECESSITATVM ET COM-  
MODITATVM VITAE.

§. 276.

Status tuus externus perficietur hoc ma-  
 gis, quo plura, quo maiora, quo magis  
 consentient in rebus extra te positis ad fi-  
 nes tuos, M. §. 207, 185. Quod si fiat, po-  
 netur in statu tuo externo realitas, quam  
 quaerere obligaris officiis erga te ipsum re-  
 spectu status externi, §. 150. Actiones,  
 quibus res extra te positas s. EXTERNAS  
 (a) non consentientes redderes finibus tuis,  
 privationem externo statui tuo inferentes,  
 vitanda forent peccata contra te ipsum, §.  
 151. Ergo MENSITA semper INTRORUM  
 VERSA (b), ira sibi soli, suisque mutatio-  
 nibus internis, forsitan et diuinis, intenta,  
 ut prorsus de rebus externis nunquamque  
 cogiret, ut earum prorsus incuria, et erga  
 eas totaliter sit indifferens, est postulatum  
 ethices deceptricis, §. 7. 8.

(a) außer dem Menschen befindliche Dinge  
 (b) ein in sich selbst gekehrtes Gemüth  
 die Einkehr in sich selbst,

§. 277.

## §. 277.

NECESSITATES VITAE (a) sunt res externae, sine quarum vsu vita naturaliter conseruari nequit. Quas quum quoquis momento tibi sentias ineuitabiles, dum spiras, desperes lepidam hominis ~~avtogenesia~~ eo significatu, quo intenditur status eius, in quo sibi solus felicitatis suae sufficiens omnino foret ratio, nisi tibi tua forsan arrideat apotheosis. Ne tamen 1) pro necessitatibus vitae habeas, sine quibus non ea solum transigi, sed et fatus commode potest, natura paucis contenta, 2) ne consuetudinem patiaris temere mutare in necessitates vitae, quae tales non fuerant, et quibus fortean aliquando supersedendum, veris interim vitae necessitatibus comparandis, quantum decet, intentus §. 251.

(a) die Nothwendigkeiten, Nothdurst des Lebens,

## §. 278.

COMMODITATES VITAE (a) sunt res externae, quarum vsu cum maiore volupitate, iucundius vita transigi potest. Ergo commoditates vitae ne pro necessitatibus eius habeas, aut crebriori vsu, praesertim non semper parabilium, eas in necessitates conuertas, §. 277. Para tibi quas et quan-

quantum potes, §. 228, 276. Non potes autem maiora se bona certo impedientes, et maiora mala secum vehentes, quam forent ipsorum opposita, §. 240. IN COMMODA VITAE (b), quae in statu externo et corpore difficilis reddunt voluptatis praedominium, vita, quantum potes, §. 228, 276. Non potes autem vitare vitae incommoda maiorum malorum certa impedimenta, et maiora secum certo bona vehentia, quam fuissent ipsorum opposita, §. 240. Ergo in appetendis vitae commoditatibus, auersandis eius incommodis temperans et fortis esto, §. 249.

- (a) die Bequemlichkeiten, Gemaechlichkeiten,
- (b) die Unbequemlichkeiten, Ungemaechlichkeiten des Lebens.

### §. 279.

Temperans in appetendis vitae commoditatibus, fortis in eius auersandis incommodis est ANIMUS MASCULUS (a). Intemperans in appetendis vitae commoditatibus, DISCINCTUS (b) est. Mollis in auersandis vitae incommodis DELICATULUS (c). Discinctus et delicatus est EFFOEMINATUS ANIMUS (d). Masculis animi, §. 278, cuius non est, 1) aggressis commoditatum vitae ignorantia, et hinc ortum erga eas phlegma, 2) stupida desperatio de tollendis vitae incommodis,

M quae

quae forsan facile potuissent impediri, et hinc orta erga ea indolentia, §. 249. M. §. 664. 3) spuria abnegatione commodatum vitae inimica, incommodorum appetens austeras, §. 241. 278.

- |                  |                   |                        |
|------------------|-------------------|------------------------|
| (a) maennliches, | (b) unleidliches, | (c)                    |
| verzaerteltes    |                   | (d) weibisches Gemüth, |

### §. 280.

Animi masculi est 1) commoditates vitae suo pede metiri, hinc plura iis et maiora bona nosse, et magis apperere, §. 278. iis tantum proportionate gaudere, ut non sit omnino necessaria ipsi magna commodatum affluentia ad debitum voluptatis superpondium, §. 196, 279. 2) ita grauioribus bonis assequendis, grauioribus malis euitandis occupatum esse, ut leuiora vitae incomoda non admodum viuide sentiar, eisque deplorandis parum habeat otii, §. 269. 3) ipsis parabilibus sibi vitae commoditatibus parcus vti, ne iis in necessitates vitae conuersis necessaria quasi sit effoematio, §. 278. 4) aspernari vitam scilicet commodissimam, qua religio torpescat, hebescat ingenium, affectus regnent, ipse vigor corporis certo retundatur, 5) patienter ferre vitae incomoda, quibus deo liratur, politur ingenium, dominium et victoria sui promouetur, sanitas corporis vigor

CVRA NEC. ET COMM. VITAE. 179

Vigor et agilitas succrescit, et ipsis futuris  
vitae necessitatibus commoditatibusque  
prospicitur, maiora vitae futura alias re-  
mouentur incommoda. §. 278.

SECTIO XV.

CVRA LABORIS.

§. 281.

Complexus occupationum molestarum,  
quibus necessitates commoditatesque vi-  
tae parentur, LABOR (a) est. Otium a  
labore est QUIES SIGNIFICATU MORA-  
LI (b). Vni plures necessitates commodi-  
tatesque virae parandae sunt, quam alte-  
ri, vni difficilius parantur, quam alteri,  
vni opus est pluribus maioribusque occu-  
pationibus ad eas consequendas, quam al-  
teri. Hinc vnum plus ad laborem obliga-  
tur, quam aliis, §. 277, 278. Quum ta-  
men nemo sit, cui omnes necessitates  
commoditatesque vitae, quibus indigeret,  
certo per omnem aetatem sine vlla vel mi-  
nime molesta occupatione ipsius gratis  
aderunt, §. 268. M. §. 658. omnibus labo-  
randum est. §. 285. Iam autem non sem-  
per occupandus es, §. 271, occupatus etiam  
non semper necessitates commoditates-  
que vitae intendere obligaris, §. 267, im-  
mo occupandus nonnunquam es negotiis

M 2 nobis

nobilioribus, quam quae prudens simplicitas possit necessitatibus commoditatibusque vitae huius subordinare, tanquam media, §. 102, 103, occupato etiam in parandis necessitatibus commoditatibusque vitae, non semper molestum erit negotium, M. §. 658. Ergo non semper laborandum. Interdum quiescendum est. Ipso quietis tempore nobilissimis negotiis occupari potes, et decet, otio comparatiuo, §. 67. 267.

(a) die Arbeit, (b) Ruhe im moralischen Verstande.

### §. 282.

Habitus lubenter laborandi est LABOROSITAS (a). Ad hanc temperatam, §. 249, seu habitum lubenter suscipiendi laborem debitum, obligaris, §. 281, quum omnia tua officia debebas tibi tantum facilitare, quantum potes, et officium eo facilius sit, quo lubentius suscipitur, M. §. 527. 713. Ergo minue, quantum potes, motiva et stimulos a labore debito retraectura, et laboris tibi reddet tam dulce taedium, quam fieri potest, M. §. 661. Habitus laborem debitum molliter auersandi est PIGRITIA (b) auersanda, §. 249. Omnis deses piger est, §. 269, 281, non omnis autem piger simul deses, potest admodum operosus esse,

esse, sed otii comparatiui, §. 267. quietisque, §. 281. non nisi iucundis, licet inutilioribus, transigendae patronus, (c) §. 271.

(a) Arbeitsamkeit, (b) Faulheit, (c) ein geschaeftiger Müsigganger.

### §. 283.

Ordinarium et molestius occupationum genus quum a vitae genere, cui quis adictus est, multum dependeat, hinc laboris genus ordinarii, §. 281, et hoc laboris genus huic, illi aliud soleat minus molestum, immo partialiter iucundius esse, M. §. 732; quantum tibi datur optio, ad illud vitae genus eligendum obligaris, in quo ad laborem ordinarium obligaberis, de quo iam praeuides, ipsum minus tibi molestum, immo partialiter iucundiorem fore, §. 282. Quumque omne initium graue et molestum plerumque, quia caret facilitante habitu, M. §. 219, 577. caue circa laborem etiam 1) παντραγμοσυνη, §. 108, 267. quia plures eiusmodi sibi vix subordinandos admodum heterogeneos labores suscipiens, in nullo iustum acquireret habitum, M. §. 577. 2) ne facile genus vitae mutaueris, quo simul mutandus labor ordinarius, hinc habitus iam acquisitus sterilis reddeatur, et noui laboris prima denuo deurandata forent taedia, 3) ne diu fluctues in

M 3

eli-

eligendo vitae genere, et hinc simul constituerdo tibi labore ordinario, quo tardius enim incipitur exercitium, hoc aut tardior aut molestior comparandus habitus, 4) ANIMUM DESULTORIUM (a) habitum praecipitanter mutandi grauiorum suarum occupationum genera, §. 282. quem concipere quoque possumus, ut πολυπραγμόνων successiuam.

(a) ein Mensch der eine Beschaeftigung nicht lange genug fortsetzen kan.

### §. 284.

Molestias laboris tui imminuere laborans, quantum potes, 5) foecundissimum, quem potes, tibi elige, qui non parce alat, et in quo plures grauioresque fines clarius possint ob oculos versari, ut necessitates commoditatesque vitae pares, quasi aliud agendo. Hinc pie prudenter sapienterque simplici labor omnis, vbi eum simul aptissimum vel sanitatis, vel etiam dominii in se ipsum, remedium obseruantur, §. 102, 254, liberalem, M. §. 730: doctis legitime curiosis labor, quo iphi doctiores fiunt, facile dulcescit, §. 283. LABOR, cuius finis unicus, quem laborans intendit, est, necessitates commoditatesque vitae nonnullas parare est DE PANE LUCRANDO (a). De pane lucrando laborare, quo mo-

molestius est, hoc magis caue, §. 10. Neque tamen in confinibus suis comparationem necessitatum commoditatumque vitae candide fatentes, vbi laborauerint, hinc damnes, §. 277, 278.

(a) Arbeit ums Brodts willen.

## SECTIO XVI.

## CVRA FACULTATVM.

§. 285.

Res externae remedia necessitatum commoditatumque vitae parandarum, utiles sunt, hinc valorem habent, et PRETIO-SAE (a) sunt maiori pretio dignae, M. §. 337. In his res est, cui premium eminens, seu PECUNIA (b). Dominium rerum pretiosarum, FACULTATES (c), eaeque maiores OPES (d), sunt remedium necessitatum commoditatumque vitae parandarum, hinc quaerendae, quantum potes, §. 237, 278. Cuius facultates non sufficiunt, ad necessitates vitae, EGENUS (e) est, s. indigus. Cuius facultates non sufficiunt, nisi ad pauciores vitae commoditates, PAUPER (f) est. Cuius opes sufficiunt ad sat multas etiam commoditates vitae, LOCUPLES (g) est; cui abundant, DIUES (h) est. Non egestatem solam, sed et pau-

M 4 perta-

pertatem fuge, quantum potes, dans operam, ut locuples fias, vel maneas.

- |                              |  |
|------------------------------|--|
| (a) Kostbarkeiten,           | (b) aeusserliches Vermögen                         |
| (c) Geld,                    | (d) ein gutes oder grosses aeusserliches Vermögen, |
| (e) ein dürftiger,           | (f) ein armer,                                     |
| (g) ein wohlhabender Mensch. |  |
| (h) ein reicher              |  |

### §. 286.

Quum opes non sint vtile, nisi ad necessitates commoditatesque vitae huius, diuitis ex opibus tantum, quantum abundat, non est vtile, §. 285. Iam non quaeras, nisi bona, §. 10. Ergo ne quaeras diuitias. **C H R E M A T I S T I C A** (a) (oeconomica) s. ars acquirendarum conservandarumque opum, ne fiat ars te ditandi, sed locupletandi, vel conseruandi partas opes, quantae sufficiunt. Ne tamen cum diuire confundas, qui plus opum haber, quam hodiernis necessitatibus commoditatibusque vitae quantum requiritur, nec necessitates commoditatesque vitae, et ad easdem requisita apud vnum totaliter aequalia putas cum necessitatibus commoditatibusque vitae, et ad easdem requisitis in altero, §. 285, M. §. 272.

- (a) die Wirtschaftskunst,

### §. 287

## §. 287.

Non est tua totalis erga opes indifferen-  
tia, §. 226. sed in iis quaerendis tempe-  
rantia, §. 249. Intemperantia in quaeren-  
dis opibus est AVARITIA (a). Avaritia  
fugienda quum sit, obturandi fontes eius,  
§. 286. 1) non egestatem solum, sed et pau-  
pertatem, ut summum malorum, 2) locu-  
pletrem omnem non prospereorem solum,  
sed et beatiorem, felicissimumque morta-  
lium somniare, §. 285. M. §. 787, 3) diui-  
tem cum locuplete confundere, et in ipsa  
inutilitate opum summam delectionem  
quaerere, §. 227. 4) necessitates vitae tan-  
quam plura postulantes concipere, quam  
vere postulant, 5) chimaericas commodi-  
ties vitae facultatibus impetrandas machi-  
nari, §. 98. 6) incommoda non diuitum  
tantum, sed et locupletium prorsus non  
animaduertere §. 230.

(a) der Geitz, der Geldgeitz.

## §. 288.

Quum aequalem opibus quantitatem  
praefert insuma quaedam pars earumdem,  
tantundem autem receptum; et non insu-  
ma pars, licet nec quicquam receptum sit:  
non minus chromatistices artificium est,  
partas opes seruare, quam acquirere no-  
vas, modo fiat hoc etiam temperanter, §.

M 5

286,

286, 287. Intemperantia in seruandis opibus est **TENACITAS** (a), cuius maior gradus **SORDITIES** (b) est. Hinc plures sibi vitae commoditates denegare seruandarum tantum opum caufa, quas nihilo tamen minus suffecturas probabile est, tenacitas: in eodem autem casu necessitates sibi subtrahere sordities est, fugienda, §. 249.

(a) die Knickrigkeit, (b) die Filtzigkeit.

### §. 289.

Temperantia in seruandis opibus est **PARSIMONIA** (a), in iisdem insumentis **FRUGALITAS** (b). Intemperantia in insumentis opibus est **PRODIGALITAS** (c). Prodigalitas in victu et amictu est **LUXURIA** (d) (luxus) Hae aut egestatem paupertatemue augentes, aut opulentiam minuentes, aut ad auaritiam et partiale tenacitatem incitantes, vitande, §. 288. Illae egestatem paupertatemue minuentes, aut opulentiam augentes, aut a multis curis corradendarum opum liberantes, quaerendae. §. 197.

(a) die Sparsamkeit, (b) das hauswirthliche Wesen, ein Mensch laest genug drauf gehen, (c) Verschwendung, (d) Schweigerey.

### SECTIO

## SECTIO XVII.

CVRA DELICIARVM EXTERNA-  
RVM.

§. 290.

Ad commoditates vitae pertinent **D E-**  
**LICIAE EXTERNAE** (a), (recreaciones,) res externae, quarum vius finis est in proximis primarius delectatio sensitiva. Hae non pugnantes contra abnegationem **I N-**  
**NOCENTES** (b) sunt, quaerendae, §. 278. Ne omnes delicias externas pro malis habeas ethica deceptrice, §. 8, quia omnis delectatio sensitiva tibi falsovidetur illicita, §. 226, aut confundis finem omnium actionum primarium merito gloriam dei, §. 67. et in proximis primarium, qui nonnunquam ipse subordinari optime potest religioni, §. 71. Quo tamen plus ex confusione voluptratis per eiusmodi delicias quaerendae solet esse periculi, ne **V O L U P T A S** aut omnino sit apparens, aut **C R A S S A** (c) saltim, ex intuitu, cui multae falsae perceptiones adhaerent, oriunda, vtraque vitanda, §. 227. hoc maiori in deliciarum externalium vnu opus erit **C A U T I O N E** (d), attentione vitandi periculi.

(a) Gemüthsgerötzlichkeiten, (b) unschuldige (c) grobes Vergnügen, (d) Behutsamkeit.

§. 291.

## §. 291.

Temperantia in deliciis externis debita,  
 §. 290, 249. certum erit conseſtarium piae,  
 §. 102, prudentis sapientisque simplicita-  
 tis, §. 103. fidelitatis, §. 104. in vitandis ti-  
 bi scandalis, §. 109, et iis etiam, quae acci-  
 perent alii, in caſu determinato, §. 135,  
 dominii in te ipsum, §. 200, abnegationis  
 tui ipſius, §. 240, non tamen ſpuriae, §.  
 241. diaetae, §. 254, sobrietatis, §. 260, be-  
 ne dispensati temporis, §. 271. caſtitatis,  
 §. 273. animi masculi, §. 279, 280, labori-  
 ositatis, §. 282. frugalitatis, §. 289.

## §. 292.

Quicunque ponatur deliciarum externa-  
 rum uſus individualis s. singularis, aut vlli  
 vel pluribus virtutum, §. 291. enumerata-  
 rum, repugnabit, aut nulli. Si prius eſt;  
 deliciae tales non ſunt innocentes, §. 290,  
 ſed malae. Si posterius ſunt bonaе, §. 290.  
 Ergo ne singularem deliciarum externa-  
 rum uſum ſomnies prorsus indifferentem,  
 §. 161, aut licitum, licet concedatur, nullo  
 modo poſſe uſcipi ad gloriam dei, §. 67.  
 Neque tamen ideo statim damnes aliquas  
 delicias externas, quia quaerenti, cur iis  
 uramur, ſatis incongrue responderetur, ad  
 gloriam dei, quia, ut in physicis voluntas  
 dei non negatur cauſa phaenomenorum  
 omnium

omnium vltima, non tamen citatur deus ex machina proximas caussas scrutanti, sic etiam in teleologicis, M. §. 343. Ne impedientes certum pietatis externae actum confundas delicias externas cum tibi scandalis, §. 109, aut de quibus sinistre iudicent alii, cum iis, quae ipsis scandalo sunt, §. 135. Foecundissimas recreations, quas potes, sectari quum suadeat sapientia, M. §. 886. praeferenda sunt aliis, etiam innocentibus, illae, quibus plures fines simul obtineri poterunt, e. g. motio corporis, politio ingenii, quales musica, lectio, venatio, obambulatio, itinera, commercium cum personis alterius sexus pudicum, amicorum sobria conuiuia, §. 273. 260.

SECTIO XVIII.  
CVRA EXISTIMATIONIS.

§. 293.

Quum non existimatio solum simplex inter maxima status externi bona referenda sit, §. 276, sed et aucta, quae strictius honor dicitur, eum admodum perficiat, M. 942, quum ex aliorum etiam hominum iudicio multum bonae malaque nostrae fortunae dependeat, M. §. 912: PHILOTIMIA (a), s. habitus existimationem appetendi, rigidus custos existimationis simplificis,

cis, et intensae nisus in augmenta, quantum eius fieri potest, non erit reiicienda omnis, excitanda potius in socordibus, §. 276. Iudicium de maiore alicuius imperfectione **CONTEMTUS** (b) est, qui quatenus in anima contemnentis existit, **INTERNUS** (c) est, si significetur, est **EXTERNUS** (d), hic vbi existimationem etiam simplicem spredo abnegauerit, **EXTERNUS** est **IN FORO EXTERNO** (e). Contemtus externus per orationem est **VITUPERIUM** (f). Vituperium falsum est **CALUMNIA** (g). Hinc patet, qui calumnia vel esse possit in foro etiam externo talis, vel minus. Philotimia caueat contemtum, vituperium et calumniam passiuam omnem, quantum potest, §. 276.

- (a) Ehrliebe, (b) Verachtung, Schande,
- (c) innerliche, (d) äußerliche,
- (e) unehrlicher Name, (f) Schmähung,
- (g) Lästerung.

### §. 294.

Iudicia sunt vel vera vel erronea, eorumque symbola vel vera vel simulata. Honor et laus vbi habuerint veritatem logicanum cum contemtu, vituperioque, **MERITA** (a) sunt: falsa autem cum simulatis **VANA** (b) sunt. Verus honor, vera laus ne confundatur cum vere laudando, vere honorando, et facile patebit, honorem et lau-

laudem, etiam veros, non omnino in potestate nostra posita esse, M. §. 708, hinc non appetendi, nullo conatu nostro existuri, §. 236. Quumque ad veram laudem requiratur 1) ut laudandus maiorem perfectionem possideat, 2) ut alter eam cognoscat, 3) ut suam etiam cognitionem significet oratione, §. 137. recte agere unica nobis relicta ad veram laudem est via.

(a) verdiente Ehre und Schande, (b) unverdiente, Scheinehre, Scheinverachtung.

### §. 295.

Verus contemptus et vituperium vel exprobrat tibi imperfectionem, quam tollere in potestate tua positum est, vel a tuo arbitrio non dependentem. Posterior valorem tuum moralem non minuit, Prior ad emendationem tui inuitat utilis, §. 293. Vanum honorem et laudem quaerens, vel falsas sibi perfectiones vere tribui, hinc simul intenderet imperfectior fieri male, §. 294, 10, vel veras sibi perfectiones falso tribui intendit, iterum male, §. 235. Ergo nec vanus honor nec vana laus quaerenda est. Vanus contemptus, vituperium, calumnia impedienda, quantum potes, §. 293, ne tamen magis ex iis doleas, quam te putas iisdem pungendum fuisse, si fuisses merititus, §. 236.

### §. 296

## §. 296.

Temperantia in appetendo honore est **MODESTIA** (a), s. temperantia philotimiae. Intemperantia circa honorem **AMBITIO** (b), eaque vel vani honoris, vel etiam laudis tantum, si vel simulata fuerit, **VANITAS** (c). Veri etiam honoris ambitiosa est appetitio 1) in non praesentiendas perfectiones lata, §. 236. 2) media veras suas do tes alii exponendi non legitima adhibens, §. 294. Hinc diiudicentur studia innotescendi, inclarescendi, se virum praestandi, aliorum aestimium exprimendi, suas mer ces explicandi, magnas de se cogitationes in aliis excitandi, M. S. 942. Deus sum manu suam gloriam promouens modeste imitandus est, §. 92.

(a) Bescheidenheit, (b) Ehrgeitz, (c)  
Eitelkeit.

## §. 297.

Modestia postular in omni statu externo cauere, ne ex habitu, vietu, habitatione e. c. probabiliter saltim concludi possit maiorem te honorem, quam meritum, postulare. §. 296, 294, sed eadem tantum insu mere facultatum amictui, vietu e. c. quantum honor poposcerit tibi debitus, §. 293. Habitum sumptus honori sufficientes in status sui externi conuenientias expendendi est

SUM-

SUMTUOSITAS (a), et haec in maiori honore constitutorum MAGNIFICENTIA (b). Hinc modesta sumtuositas et magnificentia non sunt impossibiles, §. 296, 8.

(a) ehrliebender Aufwand, (b) Pracht.

### §. 298.

Sumtuositas ambitiosa POMPA (a) est, hoc magis cauenda, quo facilius in vanitatem degenerat, §. 296. prodigalitas, §. 289. Gradus eius non ex quantitate sumtuum, sed ex quantitate sumtuum ad honorem pomposi non requisitorum metiendi sunt, eorumque non solum qui vere fiunt, sed etiam qui appetuntur, §. 297. Modesta frugalitas est sumtuosa sine pompa, §. 289. Vanitas ex externo aliorum contemtu est FEROCIA (b) fugienda, §. 296, quia certum consectarium contemtus actiui vani contemtus passiuus meritus est, §. 294.

(a) übertriebener Pracht, (b) Uebermüthigkeit.

### §. 299.

Quum non opus sit maiore semper perfectione, vt aliquid nobis placeat, M. §. 651, possunt placere, quae tamen non honoramus, M. §. 942. Quumque perfectio quae-

N

dam

dam maior possit a nobis agnosciri admittendum vere, clare, certo, minus tamen ardenter, M. §. 669, qualis cognitione symbolica potissimum perspecta: possunt satis honorari minus tamen placentia. Hinc studium placendi aliis a philosomia utiliter distinguitur, §. 293, non minus commendandum, quum placentem amemus, M. §. 684. amor autem aliorum amati statum externum mirum quantum perficiat, §. 276. Studium placendi aliis minimum foret, si vno minimam ex te voluptatem creare appeteres, quo ergo pluribus, quo maiorem ex te voluptatem procurabis, hoc maius erit studium tuum placendi (complaisance) (a), M. §. 160. 161. Ergo da operam, ut, quam possunt, plurimi maximi, dignissimique, verissimum, clarissimum, certissimum, ardentissimum intuitum, quae possunt in te esse, plurimarum maximarum perfectionum nanciscantur, tam debilia inter antecedentia et socia taedia, quam fieri potest, M. §. 658.

(a) gefaelliges Wesen, Betragen.

### §. 300.

Virtus, quatenus honorem meretur, HONESTAS (a) est. Hinc quia ad virtutem externe per ius naturae, interne per ethicam obligamur, §. 1. HONESTAS INTER-

N A

**N**A LATIUS erit complexus virtutum omnium, ad quas interne obligamur, et haec **ETHICA**, complexus virtutum omnium, ad quas interne obligamur in statu naturali. Latiori significatu **HONESTAS** **INTERNA** officiorum erga deum, nos et alia complectitur habitus, quae tamen **STRICTIUS** nonnunquam pro virtute officiorum erga nos sumitur, et haec quidem complexa officia erga nos in statu naturali, cum eorum habitibus, **ETHICA** erit. Da operam honestati internae, tum latius, §. 10 - 300. tum strictius dictae ethicae, §. 150-300, in officiis erga te ipsum moraliter obseruans mediocritatem, §. 170, vitans excessus in te, ut sine perficiendo, cum habitu excedendi s. **EGOISMO MORALI** (b), et defectus cum habitu eiusmodi defectus stricte dictos admittendi, s. **NEGLIGENTIA TUI IPSIUS** (c).

- (a) Ehrbarkeit, ehrliebendes Betragen, (b) übertriebene Eigennützigkeit, (c) Vernachlässigung seiner selbst.

• • • • • • • • • • • •

**CAPUT III.**  
**OFFICIA ERGA ALIA.**

**SECTIO I.**  
**AMOR VNIUERSALIS.**

§. 301.

OFFICIA ERGA ALIA (a) sunt, quorum ratio perfectionis determinans est extra te ponenda realitas. Sicut officia erga deum omnia etiam in te summam ponebant realitatem, §. 16. multa etiam in aliis, §. 118. hinc poterant etiam, ut officia erga te ipsum, §. 150. et alia spectari: sic etiam officia erga alia non sunt exclusive intelligenda, quasi in te nullam ponerent realitatem, sed prout haec, vel illa ratio perfectionis determinans in aliquo officio proprius obseruabilis est, ad hoc vel illud officiorum genus a potiori facta denominacione refertur, neutriquam negatis pluribus perfectionis rationibus determinantibus, quum sapientia potius suadeat, eas omnes contendere, §. 225. M. §. 986.

(a) die Pflichten gegen andere Dinge.

§. 302.

Quot et quantae actiones ad quo plures, quo maiores realitates extra te positas, te  
CON.

consentire faciunt: tot ac tantae praestan-  
dae sunt, §. 10. Hae autem omnes cum  
perfectione tua simul perfectionem alio-  
rum ponent, aliis bonae, M. §. 660. Ergo  
gaude tot tantisque perfectionibus tot alio-  
rum, quot potes, quantum potes, M. §.  
682. Ergo ama, quantum potes, tibi  
quicquid amabile in positis extra te, M.  
§. 684. Haec tecum constituunt finita  
mundum, M. §. 354, optimum, M. §. 936.  
Ergo stude, quantum in te est, mundo  
optimo. Extra hunc nihil actuale pree-  
ter deum, itidem amandum, §. 72. Hinc  
obligaris ad amorem vere vniuersalem bo-  
norum omnium, PAMPHILIAN (a).

(a) allgemeine Liebe.

### §. 303.

Pamphilia tua sit, quae potest, propor-  
tionalissima et cognitioni et obiectis aman-  
dis, §. 235. Ergo quo quid perfectius,  
quo melius a te cognosci potest, hoc ma-  
gis amandum: quo quid imperfectius ex-  
tra te positorum, quo minus bene cogno-  
sci a te potest, hoc etiam minus aman-  
dum est. Perfectio spirituum finitorum  
et maior est, M. §. 185, 949, et melius a te  
cognosci potest, tuae similior, M. §. 754,  
quam finitorum aliorum, quae non sunt  
spiritus. Ergo amor spirituum in genere  
N 3                      maior

maior a te postulatur amore eorum, quae non sunt spiritus. Quo vtilior amor tuus certis amabilibus et ipsi tibi esse potest, hoc fortiorum ad eorum amorem obligaris, §. 302, 150. Iam in toto mundo pneumatico nullius spirituum generis perfectiones tibi notiores esse possunt, nullum est, cuius amor et amatis et tibi possit vtilior esse, ac generis humani: hinc non imperfectiores solum humano genere spiritus, sed et perfectiores minus amare, quam homines, non erit contra amorem proportionalissimum.

## SECTIO II. AMOR HOMINVM.

### §. 304.

Obligaris ad philanthropian vniuersalem, §. 302. M. §. 908. aequalium aequalem, inaequalem inaequalum in hominibus ita, ut quo quis perfectior, quo tibi notior, quo amor tuus actius vtrique vestrum vtilior est, hoc esse debeat ardenter, §. 303. Hinc non obligaris ad amorem tui et aliorum hominum totaliter aequalem, M. §. 272. Vnum hominem magis amare, quam alterum, perfectiores imperfectioribus, notos incognitis, tibi vtiliores minus vtilibus tibi praferre, eos et-

etiam, quibus plus inferuire poteris, illis,  
quibus tantum prodesse non potes, non  
est contra philanthropian vniuersalem, §.  
303. Maior autem huius gradus GENE-  
ROSITAS (a) est.

(a) grosmüthige Uneigennützigkeit.

### §. 305.

In amandis aliis non licet solum, sed et postulatur, inter caussas impulsuas numerare gradum perfectionis in amandis, gradum notitiae, quae inter nos intercedit, immo propriam etiam vtilitatem, §. 304, modo fiat hoc sine solipsismo morali, §. 195, hinc ne negligatur vtilitas actiua, quam amato praestare possumus, §. 303. Hinc, quia maiores posteros et melius norunt, et plus prodesse possunt illis, quam illi maiores, amor ordinatus descendit potius, quam adscendit, §. 194, 166. Ex iisdem principiis amor vicinorum et loco et tempore legitime maior, quam remotiorum a se inuicem, potest deduci. Cauenda hic non minus est PARTIALITAS (a) habitus et propensio decidendi agendique ex apparentibus stimulis, M. §. 917, quam notiones huius deceptrices aqua multa condemnantes, §. 404.

(a) Partheylichkeit.

### §. 306.

Omnes boni in posteritatis commoda su-  
N 4 um

um conferunt, §. 305. Ergo maiores omnes boni fuerunt benefactores tui, M. §. 903, unde gratitudo a te postulatur vniuersalis, M. §. 684. Quo tamē maiora beneficia, quo maiore ex bonitate profecta, quo clarius cognoscis, quo melior grates referendi tibi datur occasio, hoc tua erga benefactorem gratitudo maior sit, §. 304. Nemo non miser est et moraliter corruptus, M. §. 788. Hinc obligaris ad vniuersalem misericordiam, M. §. 684. Quo tamen maiorem miseriam, quo plus in ea tribuendum infortunio deprehendis, quo notioribus in hominibus, quoque te vides aptiorem ad eam tollendam, hoc maiorem ad misericordiam erga eiusmodi miseros obligaris, §. 304.

## S. 307.

Nemo tam malus est, qui non aliqua sit parte bonus, comparatiue saltim, M. §. 264. Hinc vtfauore etiam vniuersali genus humānum complecti queas, §. 304. M. §. 684, in ipsis fatimatis, vbi faciem atram ipsa veritas detegit, ne tamen meliorem omnino negligas animaduertere, §. 230. Interim quo perfectior est, cui fauendum est, quo plus et ipsum et perfectiones, quibus excellit, nouisti, quo magis, non tibi solum, sed et ipsi favor tuus prodeesse poterit, hoc eum maiori fauore prosequi obligaris, §. 304, 305.

## §. 308.

## §. 308.

Amor minimus quum esset gaudium minimum ex vnici vnica minima perfectione, M. §. 684, 161, obligeris autem ad tantam philanthropian, quanta tibi possibilis, §. 303, non ad eam solum teneris vniuersalem respectu hominum, sed et perfectionum, ita tamen, ut quo perfectio maior, hoc maiore prosequaris amore, propter proportionalitatem, §. 225. Iam similem amorem et tibi debes, §. 194. Ergo ama alios, si cut te ipsum vel vere amas, vel amare saltim obligaris. Vnde principio reductio-  
nis adhibito, §. 194 300, possunt ad amo-  
rem aliorum hominum applicari. Ama a-  
lios, sicut eos deus amat, et quantum po-  
tes. §. 92. Ex hoc principio demonstrari  
poterunt officia erga alios, ita, ut ne ap-  
parenter quidem philautiae tantum subor-  
dinentur. M. §. 904, 905.

## §. 309.

Quum alter homo, quid intra mentem tuam agatur, nosse non possit, nisi signi-  
ficatum, M. §. 347, saepe tamen non tua  
solum, sed et illius intersit, eum vberius,  
verius, clarius, certius, ardentius nosse  
quomodo quantumque a te ameritur, §. 299,  
nec iusti gradus philanthropia possit esse  
nunquam aut raius erumpens in opera cha-

N. 5

ritatis

ritatis testantia de sua caussa, M. §. 333, obligaris ad tuam etiam philanthropiam significandam, hinc et ad habitum eam significandi s. HUMANITATEM (a), nunc expressam, nunc tacitam, nunc implicitam, nunc explicitam.

(a) das liebreiche Betragen.

### §. 310.

Humanus esto sine simulatione, §. 309. Non simulata bonitas est sincera, M. §. 919. Sincera humanitas CANDOR (a) est. Candidus esto. Humanitas tua per conuenientia signa philanthropiam tuam exprimat prudens, §. 225. Humanitas signis conuenientibus amorem testata, COMITAS (b) est. Comis esto. Comitas ornatior est CIUILITAS (c) s. vrbanitas. Ornatus verus quum placeat, verae ciuitati stude, immo maiori etiam FESTIVITATI (d) praesertim in sermonibus obseruabili, quantum potes, §. 299.

(a) aufrichtiges liebreiches Betragen, (b) Artigkeit, (c) Höflichkeit, (d) vollkommenere Höflichkeit.

### §. 311.

Philanthropiae debitae, §. 303-310, fuge opposita frigidam erga genus humanum aut quemquam hominum, etiam minus tibi

tibi cognitum, minus vtilem, indifferen-  
tiam, quae quum ne liceat quidem erga  
imperfectiores mortalium, et quibus pa-  
rum prodesse poteris: §. 226, quo perfe-  
ctiores, quo tibi notiores sunt, quo magis  
mutuo tibi prodesse possent, erga quos  
friges, hoc illaudatior esset tua indifferen-  
tia. Ergo caue habitum excedendi in in-  
difference ERGA ALIOS, ANIMUM FRI-  
GIDUM (a).

(a) Kaltstimmigkeit gegen andere.

### §. 312.

Qui alterum habitualiter amat AMICUS  
eius INTERNUS (a) est. Ergo obligaris ad  
amicitiam internam erga totum genus hu-  
manum, §. 304. actiuam illam, qua ipse  
amas. AMICITIA INTERNA MUTUA (b)  
est status se muto amantium: haec licet non  
sit omnino in potestate tua posita, M. §.  
708, quantum tamen potes, quaerenda,  
dum amas ipse, sicut decet, & placere stu-  
des modis legitimis, §. 299, ad quod obli-  
garis per ipsam philautian, quia homi-  
nem alium amare est amantis perfectio, §.  
304.

(a) ein innerlicher Freund, (b) die inner-  
liche gegenseitige Freundschaft.

### §. 313.

AMICITIA GENERALIS (a) f. vniuersa-  
lis,

lis, est in omnes homines lata, utinam mutua, §. 312. Cuius oppositum MISANTHROPIA (b) habitus generatim homines odio prosequendi, vitanda, §. 304, etiamsi STRICTIUS SUMTA, morosum tantum vitorum in aliis hominibus intuitum denotet, §. 306, 307. Qui alterum habitualiter odit, INIMICUS eius INTERNUS (c) est. Ergo fuge omnem inimicitiam internam, qua ipse odisti, M. §. 687. INIMICITIA INTERNA MUTUA (d) est status se mutuo odio prosequentium. Hanc vitare est in potestate tua positum, ubi fueris amicus internus inimici tui, qui te odio prosequitur, §. 312.

- |                              |                   |                            |  |
|------------------------------|-------------------|----------------------------|--|
| (a) allgemeine Freundschaft, | (b) Menschenhass, | (c) ein innerlicher Feind, | (d) innerliche gegenseitige Feindschaft. |
|------------------------------|-------------------|----------------------------|--|

### §. 314.

Non est omnino in tua potestate positum, an habeas inimicos internos, nec ne, est tamen, an habeas mutuos, an passiuos, seu quos odio prosequaris ipse; et hoc vetatur, §. 313. Nec erit impossibile inimicos internos actiuos, qui ipsum oderunt, amare cogitanti, 1) quod amentur a deo, hinc imago diuina poscat eosdem amare, §. 92, 2) contristari perfectionibus et imperfectionibus gaudere, satis iniquam esse

pro-

prouinciam, quam inimicus actiuus subire  
saepius debet, §. 227, 3) amari saltim me-  
lius esse, quam odiſſe, §. 228, 299, illius  
autem odium non esse medium, M. § 341.  
amorem autem vnicum, quod supereſt, &  
inefficiens etiam amoris mutui, neque ta-  
men prorsus inefficax 4) bona, quae in ip-  
ſum ex malis inimicorum machinis redun-  
darunt, aut adhuc, si velit, redundatura  
ſunt. 5) malum inimici aetiui animum, qua-  
tenus est eiusdem infortunium, et tristis  
aliquando necessitas, §. 306. 6) vitia illius  
saltim ſeuierius non esse a te iudicanda, ac  
tua ipſe diiudicas, quoniam quemque ſui  
rigidiffimum eſſe iudicem, verum eſt 7)  
odium aetiuum, vt ſibi non ſolum inutile,  
ſed etiam magnopere noxiū, vt philau-  
tia facillima difficiolem iuuet inimici phil-  
anthropian, e. c.

### SECTIO III. STUDIUM PACIS.

#### §. 315.

**INIMICITIA EXTERNA** (a), hostilitas  
et bellum, quum sit ſtatus hominum, quo  
alter alteri malum inferendi declaratum de-  
cretum habet: **AMICI EXTERNI** (b) erunt  
inter quos nulla eſt hostilitas. Amor alte-  
rius perfectionibus gaudens auerſatur infe-  
ren-

renda amato mala, M. §. 146. Ergo non bellum solum omnium contra omnes, sed et hostilitatem a te cum quoquam mortaliū suscipiendam auersare, quantum potes, §. 313. Ergo appete, quantum potes, statim bello vacuum, siue P A C E M E X T E R N A M (c) 1) inter te et omnes homines, 2) aliorum hominum inter se, M. §. 663. quo ipsum felicitatis externae nomen inuitat, §. 304. Habitū pacis actuandae gaudens P A C I F I C U S (d) est. Pacificus esto, quantum potes. Qui inter hostes aut paene tales pacem consiliis aut restituere laborat, aut conseruare, M E D I A T O R (e) est. Obligaris ad mediationem omnem tibi possibilem.

- (a) äusserliche Feindschaft,
- (b) aenfferliche Freunde,
- (c) aenfferlicher Friede,
- (d) friedfertig,
- (e) ein Mittler, Vermittler.

### §. 316.

A ctio officio erga alium hominem opposita est L A E S I O H O M I N I S (a). Ergo neminem laedas interne, neminem externe, §. 303. Ultima propositio: neminem laedas externe in statu naturali, §. 1, quium sit principium totius iuris naturae primum: quicquid illud postulauerit, poscit etiam ethica philosophica, §. 2. vetans simul L A E S I O N E S I N T E R N A S (b), actiones iis officiis

ciis oppositas, quae alter non potest iure extorquere, §. 304. Hinc non cuique solum tribue SUUM IURIS NATURAE (c), complexum bonorum ipsius, quae denerari sine laesione externa non possunt sed et SUUM ETHICUM (d), complexum bonorum ipsius, quae sine laesione interna denegari ipsi non possunt in statu naturali.

- (a) Beleidigungen eines Menschen,
- (b) innerliche Beleidigungen,
- (c) das feinige eines Menschen nach dem Rechte der Natur,
- (d) das feinige eines Menschen nach der Sittenkunst.

### §. 317.

Habitus suum cuique tribuendi si dicatur IUSTITIA (a), vel erit virtus erga quemuis obseruandi officia ipsi debita, et erit VNIUERSALIS (b) habitus, se IURI, complexui legum sibi obseruandarum conformandi, ad quam obligat tota ethica e. c. §. 1. vel PARTICULARIS (c) habitus, suum cuique reliquorum hominum tribuendi, et tribuere promta est, vel suum iuris naturae IUSTITIA, virtus, honestas, EXTERNA (d), §. 300. vel suum ethicum, IUSTITIA INTERNA (e), bonitas erga homines proportionalis, M. §. 906. Externe interneque iustus esto. Fuge iniustiam externam et internam, § 216. Sic ethica obligat ad omnes conclusiones iuris

naturae, neque tamen ex iisdem caussis impulsuuis, sed ex nobilioribus. Ius vero naturae non obligat ad omnes conclusio-nes ethicorum. §. 2.

- (a) die Gerechtigkeit,
- (b) die allgemeine,
- (c) die besondere,
- (d) die aeusserli-  
che,
- (e) die innerliche,

### §. 318.

Quum nunquam, nisi ex optimo tibi possibilium intuitu, determinanda tua sit philanthropia, §. 192, impartialis esto. M. §. 917, in iustitia externa, AEQUITAS EXTERNA (a), et interna, AEQUITAS INTERNA (b), M. §. 918. Fuge INIQUITATEM EXTERNAM (c), habitum aut prorsus non, aut non nisi cum partialitate administrandi iustitiam externam, §. 305, et INTERNAM (d), habitum aut prorsus non exferendi bonitatem erga homines, aut non nisi cum partialitate, §. 317. 305. Non-nunquam iusti (aequi) externe (sensu negante), iniqui (iniusti) tamen interne oppo-  
situm aequum simpliciter dicitur. Iusti et aequi studiosus, quantum potes, summo etiam iuri tuo, (externe iustissimo sensu ne-gante) renuncia, non solum si summa fuerit, sed si etiam tantilla fuerit iniuria, (lae-sio interna), §. 316.

- (a) aeusserliche Billigkeit,
- (b) innerliche,
- (c) aeusserliche Unbilligkeit,
- (d) in-  
nerliche.

### §. 319.

## §. 319.

Pacis externae studium, §. 315, iustitia externa et interna, §. 317, cum aequirate utraque, postulant, §. 318, ut ante bellum 1) ne cui a te detur eius cauilla iustifica, per laesionem externam, quum ne permittant quidem internam. §. 316. Habitus neminem nec interne, nec externe laedendi est INNOCENTIA, prior INTERNA (a), posterior EXTERNA STRICTIUS DICTA (b), quum LATIUS (c) sumta, sit virtus a reatu libera. Ut latius propter totam ethicam e. c. ita strictius non externe solum, sed et interne, innocens esto. Ne tamen optima virtus confundatur cum impotentia nocendi, ex simplicitate significatu malo, aut defectu usus rerum oriunda. M §. 639.

(a) innerliche Unschuld, (b) aeußerliche in der engern Bedeutung, (c) Unschuld in der weitern Bedeutung.

## §. 320.

Ante bellum 2) innocentia, interna et iam, cum suis rationibus poscit, §. 319. laesionem non externam solum, sed et internam vere factam a te aliis quantocius reparare, vel restitutione ablati, vel satisfactione. Hinc quo irreparabilius damnum esset alteri illatum, hoc magis cauendum est, §. 317, DAMNUM (a) quum sit malum

O

ex

ex laesione, **EXTERNUM** (b) est ex laesione externa, **INTERNUM** (c), ex laesione interna, utrumque reparandum, quantum potes, immediatum non solum, sed et mediatum, non dolosum solum, sed et culposum. Si quis facit cessare hypothesin iuris alteri competentis, quae non est ius alterius, **INFERT ALTERI DAMNUM IN CONSEQUENTIAM VENIENS**. Eiusmodi damnum etiam, nisi tibi vel aliis, salua proportione inter tui aliorumque amorem, §. 305. plus profuerit, quam illi nocet, cui inferendum est, alteri ne inferas, §. 318, illatum repares.

(a) ein Schade      (b) ein außerlicher,  
                           (c) ein innerlicher.

### §. 321.

Ante bellum 3) pacis studium poscit nec indifferentem quidem totaliter esse erga laesiones vel internas vel externas imaginarias, quas alter a te sibi illatas autumaret, §. 315. praecauere potius occasionem, qua posset in suspicionem, licet falsam, incidere, aut post enatum iam in altero errorem possibilium optima remedia eius tollendi adhibere. **HOMO SENSIBILIS** (a), (iracundus) est promptus, ad actiones alterius pro laesionibus sibi factis habendas. Incommodi virii genezes inter alia sunt, si quis

quis 1) supponit omnes esse sibi inimicos, e. g. inuidos, aut spiritus causticos et momos, 2) sensus orationum et intentiones factorum possibles ac veros nescit distingue-re, et pessimos quosque pro veris habet, 3) omnia omnes somniant loqui, scribere, agere deliberatissima, 4) crescentem suum habitum pro signo acuminis habet, aut omnino magni, si diis placet, animi, quam inanis potius argutatoris sectatorisque minutiarum sit mater sensibilitas, ut nos eam ex usu loquendi concepimus. Quo quis sensibilior, hoc cautius cum illo versabitur pacis amicus, ubi debet homini eiusmodi commercium, quod suaderet etiam studium placendi, §. 299.

(a) ein empfindlicher Mensch, ein iachzorniger.

### §. 322.

Vt pacificus sis ante bellum inter alios, 4) quantum potes da operam illi impediendo mediator, §. 315, vel laesiones etiam apparentes sine necessitate suscipiendas dis-suadendo, vel parti, quae laeserat, suadendo reparationem, §. 320, vel parti, quae se laesam autummat, EXCUSANDO (a) alteram, ostendendo, quod aut prorsus non, aut non tantum peccauerit, quantum vide-batur, (prius tentare est EXCULPARE) (b), §. 321, vel vere laesae parti suadendi VENIAM (c), s. decretum non vindicandi, vi-

O 2 ciscen-

ciscendi vel puniendi. **VLTIO** (d) est extorsio damni reparandi, §. 320. **VINDICTA** (e) gaudium ex malo eius, qui vere vel apparenter laeserat gaudentem, quae a pacifico mediatore dissuadenda est, §. 314. Inimicitias inter alios excitatum si quis it aut auctum callide, **SUSURRO** (f) est. Caue susurronum turpissimam virulentiam, quae se exserit, 1) suadendo laesiones, § 319. saltem 2) actiones, de quibus praeuideris tertium eas habiturum pro laesioribus sui, sine necessitate praestandas, §. 321. 3) dissuadendo reparationem, §. 320, 4) remedia, quibus alter conuinci posset, se non laesum esse, debita, §. 321. 5) laesionem fingendo, 6) veram exaggerando, 7) veniam dissuadendo, 8) vindictam suadendo. **SUSURRO** utriusque parti sacrum officium praeftans **BILINGUIS** (g) est, dupliciter peccans, §. 315.

(a) Entschuldigung, (b) gäntzliche Entschuldigung, (c) Vergebung, (d) Rache, (e) Rachsucht, Rachgierigkeit, (f) Ohrenblaeser, (g) ein Zweyzüngler, ein Ohrenblaeser der auf beyden Schultern traegt.

### §. 323.

Ante bellum 5) ne quid temere pro laesione tui habeas, aut veram etiam laesionem tui pro maiore, quam fuit, & prius qui-

quidem hoc magis caue, quo facilius fieri posses auctor rixae innuitus per errorem,  
 §. 319. Habitus actiones aliorum pro sui laefionibus non temere habendi, est MAN-  
 SUETUDO (a), opposita sensibilitati, §. 321,  
 signo iudicij praecipitis, M. §. 608, et IN-  
 SENSIBILITATI (b) (lentitudini) habitui  
 nullas laesiones pro talibus habendi, signo  
 hominis blitei, M. §. 578.

(a) Sanftmuth, (b) Unempfindlichkeit.

### §. 324.

Depulsionem iniuriarum laesionumque a te tibi ipsi debes, nonnunquam et aliis simul alias opprimendis, quam praestare potes, §. 150. sed temperantem, §. 249. Temperantia in depellendis iniuriis est AN-  
 MUS MITIS (a) Laesiones vel depelluntur vi, vel remedii MITIORIBUS (b), alteri minus malis. Animus mitis ergo vel depellit laesiones aliorum, vel minus. Si depellit, vel vi illud praestat, vel reme-  
 diis mitioribus. Si vi depellit, vel extor-  
 quet, ne fiat laesio futura, PRAEVENIT (c),  
 vel extorquet non laesionem praesentem,  
 DEFENDIT (d), vel extorquet reparatio-  
 nem laesionis praeteritae, et vlciscitur, §.  
 222.

(a) Gelindigkeit, (b) gelindere Mittel,  
 (c) seinem Feinde zuvorkommen, (d)  
 sich vertheidigen.

O 3

§. 325.

## §. 325.

Animus mitis prorsus non depellit iniurias contra se directas, 1) quarum depulsionem videt certum impedimentum maiorum bonorum vel sibi, vel aliis, etiam ipsis laudentibus, salua proportione inter sui amorem et amorem, quem illis debet, requisita, 2) quas praevideat certa impedimenta maiorum malorum vel sibi, vel aliis, etiam ipsis laudentibus, salua tamen eadem proportione, §. 140. 324. Habitus non depellendi iniurias contra abnegationem est  
**MITIS INIURIARUM PATIENTIA** (a), ad quam obligaris, probe distinguendam a stupida iniuriarum incuria, §. 323, aut patientia ex abnegatione spuria oriunda, §. 241.

(a) die gelinde Erduldung des Unrechts.

## §. 326.

Animus mitis, vbi cogitur a se depellere iniurias, idque sine vi, remedio duriori, praestari sufficienter potest, ad vim non descendit: si vi opus est, fit hostis, inimicus externus, §. 324. 315. strenue, non vehementer, M. §. 699. sine inimicitia interna, §. 314, praevenit, defendit, vlciscitur, non intra iustos solum (externe) terminos, sed aequos etiam (interne), §. 318, 325, inno-

innocentiam etiam internam, §. 319. fugam vindictae suae satiandae, §. 322. et mansuetudinem, §. 323, mediis in armis adeoque pacem semper cogitans, §. 315. Quumque saepe decernat non depellere iniurias, §. 325. saepe etiam decernit non vlcisci iam illatas i. e. CONDONAT (a), §. 322. Habitus excusationes eorum, quos in te iniurios iudicas, admittendi, (sive tibi sponte veniant in mentem, sive siant ab ipsis, sive ab aliis,) veras etiam iniurias condonandi, in vltione subsistendi intra aequiores terminos, nunquam vindictam exercendi, est PLACABILITAS (b). Placabilis esto. §. 321

322.

(a) das geschehene Vergeben, (b) die Ver-  
söhnlichkeit.

## §. 327.

Innocentia, mansuetudo, animus mitis et placabilitas constituant virtutem, quam LENITATEM, die Verträglichkeit, vocamus. Ad hanc quum semper obligeris, §. 319, potissimum exserenda est erga constitutum in fauore necessitatis, quem mansuetudo non habet pro laedente, §. 323, et cui placabilitas ius, quod habere videris ad vltionem, lubenter remittit, §. 326, 318, cauenti, postquam desaeuiit necessitas, ne, nunc iniuste, cum tuo nunc damno locupletior sit, ad quod omni modo obligatur, §. 320.

O 4

SECTIO

## SECTIO III.

VITIA PHILANTHROPIAE OPPO-  
SITA.

## §. 328.

Alienum possessori non demendum, §. 317, ergo nec appetendum est, ut fiat nostrum, §. 236. Nemo odio prosequendus est, §. 313. Quum ergo et alienum sibi appetat, et oderit inuidia, M. §. 687, bis peccat. Habitus inuidiae LIUOR (a) est. Ne sis homo liuidus 1) amori vniuersali stude, §. 304. 2) solipfismum caue, §. 195. 3) dispensationi sapientissimae acquiesce, §. 75. hinc 4) opinionem, qua aliena tibi potius conuenire videntur, vt somnium morale fuge, §. 161. 5) cogita multa aliis bona esse, quae tibi vere mala forent, multa, quamdiu in aliis vides, bona videri, quae tamen ipse expertus longe alia sensurus esses, M. §. 660. 6) multa aliena videri, quae simul tamen per nexum non ita crypticum tibi profundunt, nec tibi professent, nisi alteri essent, quae ipsi inuidere teneris, 7) bona tibi respice, quae forsitan et aliis desunt, e. c.

(a) der Neid.

## §. 329.

## §. 329.

Quum inuidus sit illius, cui inuidet, inimicus internus saltim, §. 313. certe qua bonum, quod suum mallet, §. 328. contra mansuetudinem est, temere aliquem habere pro sibi inuidente, §. 323, quod et ideo cauendum, quia amorem erga eum, quem mihi inuidere puto, imminuit eiusmodi opinio, §. 304. Caebebitur autem eiusmodi somnium morale, §. 165, si 1) caueatur arrogantia inuidendas sibi perfectiones tribuens, §. 171, 2) aliorum perfectiones, quae merentur, tanti aestumentur, ut improbare nobis ipsis videatur, eos nostras adhuc desideraturos, 3) non confundatur cum inuidia AEMULATIO (a), studium similes perfectiones consequendi, forsitan in maiori gradu, quales sunt in exemplari, virtus, §. 10, ubi temperans fuerit, §. 249.

(a) Nacheiferung.

## §. 330.

Amans amati perfectionibus quum gaudeat, M. §. 684, omne beneficium, amato collatum, quod nouerit, ipsi vere iucundum erit, M. §. 658. Iam tibi vere iucundum bonum est, §. 15. M. §. 660. Ergo beneficium verum in vere a te amatum si conferatur, tibi fit beneficium, M. §. 903. Hinc patet ratio, 1) qui per phisan-

O 5

lan-

Ianthropian aliis beneficiando tui ipsius fieri queas benefactor, 2) quomodo quicquid est vbiue beneficiorum diuinorum queas conuertere in beneficium tibi collatum. Consectarium ergo debiti aliis amoris certum erit, **BONA IPSORUM IPSIS GRATULARI** (a), i. e. habere deo gratias pro beneficiis in ipsos collatis, §. 78. Quod supponit, ut non solum non inuidreas, §. 328, sed et optime in hos, non alios, collata ardenter intuearis, §. 75. Gönne einem jeden das seine, was ihm Gott gönnet.

(a) andern zu dem Besitz eines Guts glückwünschen.

### §. 331.

Caue **INGRATITUDINEM** (a), non illum solum **QUALIFICATAM**, §. 317, **EXTERNE** (b), laudentis externe benefactorem, **INTERNE** (c), laudentis eundem interne, §. 318, sed simplicem etiam, §. 306. Ne tamen alios temere pro ingratis erga te habeas, §. 329, caue 1) ne pro tuis erga eos beneficiis habeas, quae non fuerunt, qualia minora aut apparenter tantum bona, aut non profecta ex bonitate, ex hac enim profecta aliquod pondus habentia, nisi grato animo, compensari non possunt, 2) ne cum ingrato confundas, cuius non est in potestate positum gratias referre,

aut

aut etiam multis agere, §. 137. GRATIAE REFERUNTUR (d) beneficio in benefactorem collato ob gratitudinem. Qui gratias non refert, quum potest, ingratus est, §. 306. M. §. 309. multo magis, ne agens quidem, maxime ne tunc quidem agens, vbi agere iam esset aliquantulum referre gratias, et utrumque potest.

- (a) Undankbarkeit, (b) die äusserlich beleidigende (c) die innerlich beleidigende, (d) die thætige Dankbarkeit.

### §. 332.

Fuge IMMISERICORDIAM (a), habi-  
rum prorsus non auersandi miseriam alte-  
rius, quae tollit misericordiam, §. 306, et  
cum philanthropia habituali omnino con-  
sistere non potest, quia amans amati im-  
perfectiones auersatur, M. §. 634. 663. Ne  
tamen alios temere erga te immisericor-  
des credas, §. 329. 1) ne postules misericor-  
diam propter illa, quae alii, et recte qui-  
dem, non putant esse miseriam, 2) ne cum  
immisericordi confundas eum, qui vel  
physice vel moraliter nequit miseriam  
tuam tollere, aut etiam suam compassio-  
nem commiserationemque tot tantisque  
signis, quot quantaque velles, declarare.  
Qui potest miseriam alterius partialiter,  
vel totaliter tollere, solis tamen verbis  
com-

commiserationem testantibus contentus est,  
est immisericors, §. 237.

(a) Unbarmhertzigkeit.

### §. 333.

Malevolentia quum non sit sine odio, M. §. 684, 687. et magis adhuc opposita commiserationi, quam immisericordia, vitanda est. §. 306, 313. Studium nocendi ob malevolentiam est **MALIGNITAS** (a). Malignitas per orationem est **MALEDIMENTIA** (b). Ne sis malignus, ne maledicus, §. 319. Malevolentia minima foret minimum gaudium ex minimis vnius imperfectionibus, hinc quo maius gaudium, quo maioribus ex imperfectionibus, quo plurimum hominum, hoc maior est malevolentia, per eosdem gradus adscendente malignitate et maledicentia, M. §. 160, 161.

(a) Boshaftigkeit, (b) boshaftes Reden, giftige Zunge.

### §. 334.

Maxime caue malevolentiam vniuersalem tam respectu omnium personarum, quam respectu omnium imperfectionum, §. 333. Malignitas ex maiori gudio de imperfectionibus alterius est **CRUDELITAS** (a). Cruelitas laetata maximis, quas potest

est actuare, imperfectionibus alterius est  
**SANGUINOLENIA** (b). Vtramque non  
 vniuersalem solum, sed et particularem  
 erga aliquos caue, §. 333, hinc, cuius cer-  
 tum est consectorium, vindictam, §. 322,  
 vtriusque non genus solum, et species ma-  
 nifestiores, sed crypticas etiam, quales per  
 maledicentiam vnicē exercendae, §. 333.

(a) Grausamkeit, (b) Blutdurft, Un-  
 menschlichkeit.

### §. 335.

Cae*U* IN HUMANITATEM (a) non eam  
 tetros crudelitatis sanguinolentiaeque gra-  
 dus experimentem tantum, §. 334, sed habi-  
 tum etiam non significandi suum aliis  
 amorem, siue coniuncta fuerit cum animo,  
 nisi maleuolo, §. 332, saltim frigido erga  
 alios, §. 311, siue in solo neglectu signorum  
 amoris satis boni habituali consistat, §. 309.  
 In signis amorem suum aliis declarandi,  
 quaedam sunt naturalia, quaedam arbitra-  
 ria, et horum quaedam mores, §. 140, quae-  
 dam secundum certas generales arbitrii hu-  
 mani regulas determinanda ARTIFICIA-  
 LIA (b). Horum vnum vel alterum si quis  
 erga te neglexerit, vel quia nesciuit, vel  
 quia non conuenire tibi, loco vel tempori  
 cogitauit, vel quia physice moraliterue  
 non potuit praebere, eius ad inhumanita-  
 tem ne temere concludas, §. 309.

(a) lich.

(a) liebloses Betragen, unfreundliches W<sup>e</sup>sen,  
 (b) k<sup>un</sup>stliche Zeichen,

### §. 336.

AFFECTATA sunt SIGNA (a), vbi natura per artem male suppletur. Hinc affectatio locum habet, 1) vbi naturalia signa ad finem suffecissent, accedunt tamen per artem adscititia, 2) vbi malae sunt artis regulae, 3) vbi bonae artis regulae male applicantur. NATURALE SIGNUM AFFECTATO OPPOSITUM (b) aut est propriæ naturale, aut artificiale naturalia bene supplens. Est adeo in signis naturalibus 1) nihil prorsus artificii, vbi naturalia sufficiunt, 2) vbi minus, accedit ars, non nisi meliorum regularum, 3) felicius applicatum.

(a) gezwungene, gek<sup>un</sup>stelte Zeichen. (b)  
 nat<sup>ür</sup>liche, ungezwungene, ungek<sup>un</sup>stelte.

### §. 337.

Vera comitas, ciuitas et festiuitas optimæ qu<sup>um</sup> signa amoris cum ornamentis optimis, quae possunt, adhibeant, §. 310. Utentur naturalibus, non affectatis, §. 336. HABITUS significandi s. SYMBOLICUS AFFECTATUS (a) est, habitus adhibendi signa affectata, naturalia adhibendi NATURALIS est AFFECTATO OPPOSITUS (b)

(b). Comitati ergo oppositam humanitatem affectaram fuge, §. 310. Verae ciuitati opponitur tam ciuitas affectata, cauenda, §. 336, et simulata, quam inciuitas s. RUSTICITAS (c) habitualis ciuitatis defectus, vel cum inhumanitate coniunctus, §. 335, vel ornamentiis comitateque destitutus tantum erga alios se gerendi habitus, cauendus vterque, §. 310.

(a) gezwungenes Wesen, (b) ungezwungenes Wesen, (c) Grobheit, ein baufisches Wesen.

## SECTIO V.

### CANDOR.

#### §. 338.

Humanitas simulata quum sit odium, quo latentius, hoc perniciosius, hoc magis vietandum, ne illi des vnquam operam, §. 313. Quum tamen tibi debeas cautionem ab inimicis, §. 150, sollicitus esto de detrahendis humanitatis in aliis simulatae laruis, idque eo magis, quo magis ad naturalem illa accesserit, quo minus affectati quid in eadem pellucet §. 336. Ne tamen contra candorem putes, si quis vere amans signis amoris viritur, prout mos est, non qua ratione forsitan olim aut in prima sua origine, aut signum aliter considerantibus adhiberi

pq-

potuit, §. 310, aut si quis signis eiusmodi  
quantuliscunque vritur erga inimicum su-  
um externum, potest enim eius et obliga-  
tur esse amicus internus actiuus, §. 314.

### §. 339.

Candor a te postulat erga alios homines  
sinceritatem, §. 310, M. §. 919. et veracita-  
tem, M. §. 920. Habitu mentem suam  
aliis significandi praeditus est **HOMO APER-**  
**TUS** (a). Sincerus est, vbi sapiens fuerit,  
temperanter apertus, §. 249. M. §. 919. In-  
temperanter apertus **RIMOSUS** (b) est. Ha-  
bitu mentem suam non significandi s. occul-  
tandi praeditus, est **RESERVATUS** (c) s. re-  
tentus, qui in defectu peccat, §. 249, 170.

(a) ein offener Mensch, ein unverstelter,

(b) ein gar zu offener Mensch,

(c) ein hinterhaeltischer Mensch,

### §. 340.

Sapienter, hinc temperanter, apertus,  
**CORDATUS** (a) est. Cordatus esto, §. 339.  
Ne tamen sinceritatem cordatum cum fu-  
gienda rimositate confundas; 1) ne aper-  
tum et cordatum hominem confundas. Non  
omnis apertus cordatus est, et cordatissimus  
potest quandam suam mentem occultare. 2)  
ne mentem tuam significare, quam alios ta-  
men ignorare vel tibi, vel aliis, vel **VRISQUE**  
meli-

melius foret, sinceritatis esse iudices sapientis, quia non est sapientis bonitatis, M. §. 919. 3) ne aperte alios laedere cordati videatur, §. 316. 4) ne **SECRETA** (b) quaevis, quae malles ignorari ab aliis tibi nota, ut sinceritati contraria, intuearis, §. 339.

(a) offenhertzig, (b) Heimlichkeiten.

### §. 341.

Sapienter verax pollet habitu tacenda **TACENDI** (a), s. oratione non significandi, **TACITURNITATE** (b), quae hinc habitus vera sapienter tacendi, ad quam obligaris, §. 339. M. §. 920. Ergo tam oratione, quam in aliis signorum speciebus cordati est dissimulare, quae alios vel omnes, vel aliquos, ignorare melius vere cognoscit, §. 340. Taciturnitas est temperantia in loquendo, §. 249. non aliorum potius taciturnitati fidentium, quam suae: intemperantia in loquendo est loquentia **LOQUACITAS** (c), vel peccans in qualitate potissimum **INDISCRETIO** (d), vel in quantitate **GARRULITAS** (e). Tribus etiam verbis non dicenda dici possunt, dicenda ramen, sed tribus verbis, sexcentis quoque possunt amiciri *απεγνωσθαι*, loquacitatis utrumque peccatum est, §. 225. non raro coniunctum.

(a) Verschweigen, (b) Verschwiegeneheit,  
P (c)

(c) Plauderhaftigkeit, (d) unbedachtes Reden, (e) Waschhaftigkeit.

### §. 342.

Homo reseruatus vel tantum dissimulabit mentem suam, vel etiam simulabit illi oppositam, habitualiter, §. 339. In casu priori non significans, quae tamen significare postulabat vel philautia, §. 194, vel philanthropia, §. 304, vel etiam humanitas, §. 309, immo ciuitas, festiuitasque tantum, §. 310. et ordinatum studium placendi, §. 299. vel primo loco nominanda religio, §. 119. peccat. In casu posteriori saepe aut auctor erroris aliis fiet i. e. FALLET (a) alias (decipier), aut habebitur pro FALLACI (b), habitualiter gaudente erroribus aliorum, quorum auctor forer, maleuolo et maligno, §. 333. Utrumque cauendum, §. 321.

(a) andere betrügen; (b) ein betrügerischer Mensch, auf dessen Worte man sich nicht verlassen kan.

### §. 343.

Sermo falsus FALSILOQUIUM (a) est. Hinc FALSILOQUIUM LOGICUM (b) est sermo logice falsus, quo quis errorem suum errans significat, cauendum, quantum possumus, §. 33. FALSILOQUIUM MO-

RALE

RALE (c), sermo MORALITER FALSUS  
 (d), non conueniens cum mente nostra,  
 §. 149. Fuge habitum falsiloquiis moralibus  
 vrendi, §. 342. Haec autem vel laedent  
 alios, vel minus, §. 316. Ultima ne  
 confundantur cum iis, de quibus tu non  
 praeuides laefura alios, de quibus id prae-  
 uidere potuisses et debuisses, mala tamen  
 sunt, etiam si non putaras, nec ideo, quia  
 alios non laedunt, habeantur statim pro  
 bonis, quia possunt tibi ipsi nocere non-  
 numquam, M. §. 660.

- (a) Unwahrheit, (b) eine logische, (c)  
 eine sittliche (d) eine sittlich falsche  
 Rede.

### §. 344.

Falsiloquium morale alios homines lae-  
 dens est MENDACIUM (a), EXTERNUM (b),  
 externe, INTERNUM (c) interne laedens.  
 Non mendacium solum externum, sed et  
 internum omne vita, §. 319. Ergo et ha-  
 bitum mentiendi, quo pollens MENDAX  
 (d) est. MENDACIA NECESSITATIS (e)  
 escent, quae ob collisionem cum officiis  
 erga nos grauioribus suscipienda forent,  
 OEFICIOSA (f), quae ob collisionem cum  
 officiis erga alios, §. 24. et IOCOSA (g)  
 inexspectatae delectationis sensitivae ergo  
 suscipienda: quae tamen falsiloquia singu-

la, §. 343, vel non sunt mendacia, vel prohibita, §. 318.

- (a) Lüge
- (b) eine außerliche,
- (c) innere
- (d) ein Lügner, ein lügenhafter Mensch,
- (e) eine Notlüge,
- (f) eine dienstfertige Lüge,
- (g) eine Lüge zum Spass.

### §. 345.

AQUIUOCATIONES MORALES (a) sunt studio adhibitae phrases plurium sensuum possibilium, quorum unus tantum ethice verus est, et RESERVATIONES MENTALES, aequiuocationes, quarum unus sensus prodit si simpliciter dictae statuantur, alter si dictae secundum quid concipientur. Hasta commendare velle, quando concedas falsiloquium manifestum futurum fuisse contra candorem, hoc ineptius est, quia, quo magis in eiusmodi casu liberata opera, et studium fallendi prae-meditato consilio, tandem transparet, saltim vere in tali mentem occultandi opera regnat, hoc exstantius signum forent aequiuocationes eiusmodi animi fallacis insigniter, §. 342.

- (a) sittliche Zweydeutigkeiten,
- (b) etwas im Gemüthe zurück behalten.

### §. 346.

## §. 346.

Cordatus nec est **SIMULATOR** (a) habitu simulandi, nec **DISSIMULATOR** (b) habitu dissimulandi praeditus, §. 343, 340, qui maior sit sinceritate, §. 339, nunquam ita simulat, ita dissimulat, ut alterum laedat, §. 344. Ergo nec ita promittit, vel acceptat, ubi paciscitur. Hinc ubi promittens consentit externe, decrevit etiam, in quod consentit, §. 339. quando simulatus consensus vel interna tantum laesio foret, §. 319, multo magis, si foret externa, §. 317.

(a) wer sich versteckt, (b) wer sich verbirgt.

## §. 347.

**FACTUM VALIDUM** (a) est, quod non seruans laederer, cuius infraactio est laesio externa, est **EXTERNE** (b), cuius infraactio est laesio interna est **INTERNE VALIDUM** (c). Hinc pacta tibi non externe solum, sed et interne tantum valida seruanda sunt. §. 319. Habitus seruandi pacta **FIDES** (d) est, **EXTERN A** (e), habitus seruandi pacta externe valida, interne valida etiam seruandi habitus, est fides **INTERNA** (f). Acquire et praesta fidem non externam solum, sed et internam, §. 318, maxime iuratam, §. 148.

(a) gültiger Vertrag, (b) ein acusserlich,  
P 3 (c)

(c) ein innerlich. (d) Treu und Glauben,  
 (e) der aeusserliche, (f) der innerliche.

## SECTIO VI.

## DIIVDICATIO ALIORVM.

## §. 348.

Vt philanthropia tua, §. 304. sit ordinata, hinc oculata, vt cauere queas amorem aliorum hominum inordinatum, coecum, stultum, et stolidum, §. 308. 184. quam optime a te fieri potest, nosce alias homines, non tantum, vt iis vtri, vel ab iis cauere cognitis commodius possis, §. 305, 195. sed etiam, vt indages, qua ipsis ratione fieri possis vtilior, §. 301, habeasque fomentum amoris in ignota non ferendi, M. §. 666. Ergo praecipue ad perfectiones imperfectionesue aliorum attende, §. 152, in iisque morales maxime, §. 158. Ars moralis aliorum hominum statum cognoscendi est ANTHROPOGNOSIA MORALIS(a), M. §. 747. huic ergo, quantum potes, des operam.

(a) die Kunst der sittlichen Kenntniß der Menschen.

## §. 349.

Rectum ut sit rum de aliis iudicium, ex amo-

amore in ipsos fluat, ipsique non sit contrarium, §. 348. Quum ergo nec AMORE quidem VACUUM (a) esse debeat, §. 311, ex quo pateat erga diiudicatum nos saltim frigido esse animo, multo minus licet ODIOSUM (b), ex quo odium pateat, §. 313, aut maleuolum vel malignum, §. 333. AMICE IUDICA (c) de aliis, i. e. ita, ut amor ex diiudicatione tua, qui potest, maximus erga diiudicandum cognosci possit. §. 309. 304.

(a) ein liebloses, (b) gehässiges, (c) liebreiches Urtheil von andern Leuten.

### §. 350.

Recta ut sit tua aliorum diiudicatio, §. 348. ne praeponatur magis necessariae tui ipsius explorationi, tam generatim, quam in certis casibus, §. 348, 155. Probe diiudica, quorum et quae porissimum imperfectiones perfectiones a te attendendae sint, quae minus, ne incidas in satis magnam iudicij eclipsin eorum, qui se vniuersales omnium in omnibus perfectionum imperfectionumue criticos somniant, §. 219. Iudicio praecepiti laborans in sibi satis incognitis NASUTUS (a) est. Quae tibi in aliis vtique diiudicanda sunt, in iis perpensionem a decisione, et decisionem internam, in mente factam, a symbolica s. signis

gnis declarata distingue, ne suspensio iudicii saepe et hic requisita negligatur, §. 214, aut rimosus sis, §. 339.

(a) ein naseweiser Mensch.

### §. 351.

Seu per pensio perfectionum imperfecti onumque in aliis, seu decisio vel interna, vel symbolica postuletur etiam a te, §. 350: sit, quae potest, verissima, §. 202, hinc impartialis et aequa, quantum potest, §. 318. Quum ergo ne liceat quidem pro aliquo PRAE OCCUPARI (a), prae iudiciis in impartialitate impediri, multo minus contra quenquam facile praecuperis, §. 321. Sit diiudicatio perfectionum imperfecti onumque in aliis, vbi requiritur a te, quae potest, clarissima, §. 157. Hinc quoniam ne licet quidem ex mero instinctu & gusto obscuriori perfectiones alteri tribuere, si datur intuitus clarior, multo minus imperfectiones temere, de quibus omnino non possit dicere quare, §. 349.

(a) für und wider icemanden eingenommen seyn,

### §. 352.

Veritas diiudicationis aliorum requirit, ne falsas ipsis perfectiones vere tribuas, ut perfectiones, multo minus veras perfecti ones,

ones, vt imperfectiones, §. 165. Hinc male diiudicant, quem tenera commiseratione intuentur, ob rem, ob quam fauorem merebatur, sed et hi, qui fauent aliis, ob quae commiserationem mererentur, M. §. 684, 687. Eadem veritas postular, ne veras aliis perfectiones falso tribuas, multo minus veras imperfectiones, §. 351. Qui simulate laudat alterum, vt ipsi placeat, est ADULATOR (a); hinc adulatio sit, vel falsis alicui perfectionibus, vel veris, sed falso adscriptis. Vtraque mendacium, internum saltim, §. 344. quo sis caussa moralis arrogantiae in laudato, §. 171. vel vanitatis, §. 297, vitanda est.

(a) ein Schmeichler.

### §. 353.

Vt vere iudices de perfectionibus imperfectionibusque aliorum, verae sunt eaurundem etiam indagandae rationes, quantum datur, §. 351. hinc non quidem peccata ipsorum cum poenis suis naturalibus adscribenda sunt infortuniis, multo tamen minus bona ipsis utique imputanda MERITA ipsorum fortunae, illique coecae, imputanda tantum, §. 339. 87. An mala physica alteri euenientia sint poenae diuinae arbitrariae, et cuius praecipue, quantique peccati, quum homini decidere sit

difficillimum, M. §. 912, in declarandis appa-  
renter saltim malis alteri euenientibus pro  
iudiciis dei eiusmodi multa cautione et su-  
spensione saepius iudicii opus est, §. 220.

§. 354.

In diiudicandis aliis quum nunquam in  
aequali claritatis gradu omnes ipsorum  
perfectiones imperfectionesque, tam mo-  
rales, quam non morales, repraesentari a  
te possint, M. §. 272, proportionate ami-  
cum de aliis iudicium ad morales potius  
attendet late dictas, M. §. 723. quam ad  
non morales, quia in illis primaria felici-  
tatis pars humanam opem promouenda  
vertitur, §. 304. Hinc virtutis, merito-  
rum, et beatitudinis in aliis potior haben-  
da ratio, quam prosperitatis, M. §. 787,  
moralis corruptio late dicta clariorem in-  
tuitum, hinc ardentiorem, et ad miseri-  
cordiam magis mouentem requirit, quam  
alia eiusdem damna libertatem minus con-  
cernentia, §. 349. M. §. 788. In morali-  
bus late dictis vbi bona et mala aliorum  
aeque viuide repraesentari nequeunt, per-  
fectiones potius, striete morales, M. §. 787.  
quam eiusmodi imperfectiones attenden-  
dae sunt, quia dant intuitum ardentiore-  
rem ad amorem, et in ipsa misericordia  
perfectiones intuendae sunt, quia et haec  
amor est. M. §. 684.

§. 355.

## §. 355.

Ipsa aliorum infortunia non, nisi misericordi vultu, intuenda sunt, §. 349, hinc ita, ut simul ipsis opposita fortuna laetior, et quidem magis attendatur, quia haec esse debet finis totius intuitus, §. 348. Quantum ergo fieri potest, aliorum omnium hominum bonam potius faciem, quam malam oculis obuersari sine, §. 230, tam praeteritam, quam praesentem, et futuram, §. 351. et in his etiam maxime, quam praeципuam poscir debitus amor, §. 349. Hinc praeteritorum beneficiorum ab aliis vel in te propius, vel in alios, §. 330, collatorum ne temere obliuiscaris, §. 351. iniuriarum potius, multoque magis casuum, vbi alii satis infortunati fuerunt, ut tibi malum inferrent, §. 354.

## §. 356.

Vt in praesentibus aliorum perfectionibus eas, quas debitus amor poposcerit, satis clare queas intueri, §. 355, vigilantia moralis est etiam officium erga alios, §. 159. 301, per hanc potissimum detege fundamenta fauoris in alios oculati conferendi, §. 307, nec praeteritis obliuioni traditis, §. 354. In futuris alterius perfectionibus eas intuere potissimum, quas augere quarum opposita tollere physice et moraliter potes, pree aliis, maxime, §. 305.

## §. 357.

## §. 357.

Humana humilitas suis perfectionibus minus attendit praesentibus, §. 168, alterius praesentibus minus attendit imperfectionibus stricte moralibus, §. 354, et talem etiam cognitionis suae proportionem prodit signis conuenientibus, §. 310, et hoc significatu se minus aestumat, quam alios, sine errore, §. 168. Vnde arrogantis est, suis perfectionibus praesentibus, quas stricte morales quis aestumat, plus attendere, quam humilis permittit humanitas, §. 172. sicut animi abiecti est, perfectiones aliorum stricte morales stupere magis, quam iustum tui permiserit et humanum aestimum, §. 310. futurorumque debita praeuisio, §. 174.

## §. 358.

Perfectiones et imperfectiones aliorum stricte morales quum cognosci a te nequeant, sine subsumtione earumdem et factorum eas praestantium sub legibus, §. 175. quam imputationem nonnunquam strictam dicunt: eiusmodi applicatio legum moralium ad facta etiam aliena non licita modo, sed et mandata est, §. 349 357, dummodo sit recta, ad quam quid requiratur, ex officiis erga conscientiam per principium reductionis colligi potest, §. 177 - 193,  
308.

308. Sententiam ferre de factis alienis ex minus recta eorundem sub legibus subsumptione est iudicare alios significativa tu malo (a) prorsus vetitum, §. 349, Vnde denuo obligaris ad cognitionem legum naturalium, §. 180.

(a) andere richten im bösen Verstande.

### §. 359.

Ne alios iudices significatu malo, §. 358, quaere diiudicationis eorundem, quantam potes, certitudinem, §. 350. Hinc caue sententiam ferre, praesertim de indole ipsorum morali, ex signis admodum ambiguis et incertis, qualia pleraque physiognomica adhuc, §. 144. Arrogantis est, minus certum esse de imperfectione sua, quam de imperfectionibus aliorum, cuius tamen non datur probatio per intimam conscientiam, §. 188. Humana humilitas de suis facilius imperfectionibus conuincetur, quam de imperfectionibus aliorum, praesertim stricte moralibus, §. 357, hinc vitabit de iisdem persuaderi, susurronibus non credula, §. 322. Perfectiones aliorum stricte Morales eadem magis atten-  
dens, quam imperfectiones, de iisdem et iam facilius conuincitur, §. 357. Eadem generatim probe videbit suum non esse de statu alterius hominis morali, simultaneo-  
rum

rum et successuorum omnium, totali iudicium decisuum ferre, §. 358.

### §. 360.

Debitam ut habeat tua aliorum diiudicatio vitam, §. 350, ne mala in iis deprehensa vñquam odii, §. 313. vel malevolentiae, §. 333. crudelitatis, §. 334. vindictae, §. 322, inhumanitatis, §. 335, sicut caussae impulsuiae, bona ne vñquam inuidiae, §. 328. Quod vbi vitare nequeas aliter, talia tibi potius non diiudicanda putes, §. 220. Quamque iudicium amicum de aliorum futuris etiam perfectionibus certius sit, quam de futuris imperfectionibus, §. 339, sperabit de iisdem potius, quam desperabit, M. §. 683, 686, confidet iis potius, M. §. 683, quam vt laboret vniuersali diffidentia erga genus humanum, §. 82. Ne sis SUSPICAX (a), dubio vel improbabili de prauitate alterius hominis assentiendi habitu praeditus. Ita tamen huic satis officio facias, ne in fiducia erga alios in probabilismum forsan moralem incidas, §. 193.

(a) argwöhnisch.

### SECTIO VII.

#### AVXILIVM ALIIS FERENDVM.

### §. 361.

Quoniam perficiendi a te sunt alii,  
quan-

quantum potes, §. 304. cognoscendis etiam  
et actuandis mediis perfectionis eorum-  
dem danda est opera, M. §. 664. Ergo  
cura alios, §. 197, sed temperanter, §. 249.  
Huius curae vita defectum animum alio-  
rum incurium, et excessum ALLO TRIO-  
EPISCOPIAN (a), §. 170, non eam simu-  
latam tantum, quam praetendit nonnun-  
quam sibi curam aliorum amicissimam  
solipsismus moralis, dum eorum vel im-  
perfectionibus inhiat, vel omnino saltim  
incurius est, §. 195, sed etiam 1) curantem  
in aliis, quorum secum incuria est, §. 198,  
2) ad eos et ea extensam, quos et quae di-  
judicare physice vel moraliter non pot-  
est, §. 220, 3) aliorum incuriam, praeser-  
tim apparentem tantum, quae inhumaniti-  
atem significaret, §. 335. 4) intra solas de ali-  
querelas et commiserantes lamentationes  
steriles, praesertim vanas, subsistentem,  
5) fingentem et pro admmodum facilibus  
vendirantem promouendae perfectionis  
aliorum machinas, nunquam tamen prae-  
standas, 6) in excogitando subsistentem;  
ipsa actuali promissimorum aliis subueni-  
endi mediorum exhibitione neglecta,  
§. 198.

(a) sich in fremde Händel mischen.

## §. 362.

Emenda alios, quantum potes, §. 197.  
 361, vitia tamen curae aliorum in genere  
 notata hic eo magis caue, quo facilius ex-  
 cessus in emendandi studio in inhumanita-  
 tem incidit, §. 355, aut offendit,appa-  
 renter saltim, sensibiles, §. 321. Non faci-  
 le alios pro inemendabilibus habeas, §. 360,  
 ipse te postquam emendaueris, in iis,  
 quae apud alios corrigenda sunt, §. 361,  
 qua maxime potes, comitate, vel ciuita-  
 te etiam, rem tuam age feliciter, §. 310.

## §. 363.

Vbi optimum emendandi alium medi-  
 um cognoueris, ipsi imperfectiones ipsius  
 significare, teque ad hanc correctionem  
 obligatum, alteri indica imperfectiones  
 ipsius, qua fieri lenissima ratione potest,  
 §. 362. 327. Tales emendationes si tenten-  
 tur in te, hoc eas maioribus in beneficiis  
 habeas, quo aegrius emendaturum aggredi-  
 suum illud officium deprehenderis, M.  
 §. 903. Imperfectiones ipsius alteri signi-  
 ficare tantum, ut gaudeas ex ipsius puden-  
 re vel ira, malignitatis est, §. 333. Habi-  
 tus alteri imperfectiones ipsius ob oculos  
 sistendi, sed non lenissima, qua fieri potest,  
 ratione est SPIRITUS CAUSTICUS (a)  
 vitandus, §. 327, maxime vbi falsas imper-  
 fecti.

fectiones animo maligno obiicere paratus esset, §. 319, 333. Hinc diiudicetur stilus satyricus.

(a) die Gabe andere auf eine beissende Art zu tadeln.

### §. 364.

Obligaris ad perfectionem aliorum actuandam, tollendam imperfectionem, quantum potes, §. 361, 362, ad idem sibi praestandum obligantur et alii, §. 197, minus tamen ipsi sibi sufficientes, §. 277. Ergo obligaris ad praestandum complementum ad effectus bonos aliorum felicitati suae praestandae insufficientium, i. e. auxilium, iuuua alios, quantum potes. Ergo non obligaris solitaria vlliis hominis perficiendi caussa esse, vel ipso non concurrente, quantum potest et deberet, vel aliis sua officia iuuandi tertium negligentibus eorum vices temere subeundo. M. §. 321. Quo quid alter sibi minus praestare potest, quoque magis tu illud ipsi praestare potes, hoc magis ad illud ipsi praestandum obligaris, §. 325. Ergo gratulabundus esto faber fortunae aliorum, quantum potes, §. 330. M. §. 912.

### §. 365.

Actiones, quibus alterum iuues, sunt tua

iuua officia ex humanitate deducenda, §. 309, hinc OFFICIA HUMANITATIS (a) dici solita, §. 364. Ad haec plene volenda quum sufficienter obligeris, per deum, §. 92, te ipsum, §. 299, et philanthropian, §. 304, hoc significatu sunt plenae perfectaeque obligationis, et moralis necessitatis, quo talia dicerentur, ad quae non sola velleitas, aut antecedens volitio, sed decretum est moraliter necessarium, §. 237, licet alias officiis necessitatis externis contradistincta vocari soleant minus plenae, imperfectaeque obligationis, non necessitatis, scilicet externae et extorquendae, sed voluntatis, altiorem scilicet virtutem internam sequiturae. Ipsa officia externa apud te ex humanitate profiscantur, §. 317. In internis autem non OFFICIA solum VULGARIS HUMANITATIS (b), siue vlo notabili incommodo praestanda minora auxilia, sed et maxima, quae cognoveris alteri plus bona, quam tibi mala, salua proportione inter amorem tui et alterius debita, §. 239.

(a) dienstleistende Pflichten, (b) die Pflichten der gewöhnlichen Dienstleistungen.

### §. 366.

Habitus alterum iuuandi lubenter, si ipsi inserviendi, est OFFICIOSITAS (a). Officio,

ficiosus esto, §. 365, tuamque hanc proximitatem tam comiter, tam ciuiliter, quam potes, sine affectatione, declara etiam alii-  
s, §. 310. Homo affectatae officiositatis est ARDELIO (b), cuius cauendum est vi-  
tium, §. 337. INOFFICIOSITAS (c) vel  
habituale taedium ex officiis, quibus alte-  
ri inseruires, vel tantum habitus non de-  
clarandi conuenienter animum, officiis eius-  
modi sic tamen satis paratum, utraque vi-  
tanda, §. 335.

(a) Dienstfertigkeit, (b) ein gar zu dienst-  
fertiger Mensch, (c) Undienstfertig-  
keit.

## SECTIO VIII.

STUDIVM PROPAGANDAE  
RELIGIONIS.

## §. 367.

Religio, quae in hominem cadit, maxi-  
ma quum sit eius summum bonum, §. 27,  
studium propagandae per genus huma-  
num religionis non postulatur solum ex  
officiis pii, §. 31. sed etiam quia melius de  
genere humano quis mereri non potest,  
§. 366. Cane, ne religionis hostis niger-  
rimam simul misanthropian exerceas, quan-  
tum in te est, vniuersalem, §. 313, profa-  
norum eminenter dictorum, §. 117. Hu-

Q a

ius

ius vitii , virtutis illius ut ardentior fiat intuitus , cogita immortalitatem tam bonorum operum , quibus est disseminata religio , quam peccatorum , quibus subuersum itur , M. §. 23.

### §. 368.

Lenitas erga dissentientes a te circa religionem est TOLERANTIA (a). Ergo tolerans esto , §. 327, 363. Merus dissensus circa religionem , etiam declaratus , nondum ponit inimicitiam in dissentiente actuam necessario. Non omnes , quos errare putamus , odiisse solemus. Si poneret , tamen amandus a te foret dissentiens , §. 314 , ergo non licet ODIMUM RELIGIOSUM (b) (intolerantismus) in dissentientes a nobis circa religionem ideo coniectum , STUDIUM pacis inter dissentientes circa religionem aut conseruandae aut restituendae est IRENICUM EMINENTER DICTUM (c) suadendum , §. 9. 315 , modo ne confundatur cum SYNCRETISMO (d) in duabus contradictoriis pacis caussa vtrumque ponente.

- (a) Religionsduldung , (b) Religionshass ,
- (c) Religionsfriede , und die Fertigkeit denselben zu Würcken , (d) Religionsmengerey .

### §. 369.

§. 369.

Appetitus habitualis laedendi dissentientes a te circa religionem, est SPIRITUS PERSEQUUTIONIS CRASSIOR (a), latus in laesiones externas, in internas latus, SUBTILIOR (b). Vterque suum dissentientis violans, §. 316, contra iustitiam, §. 317, aequitatem, §. 318, et innocentiam est, §. 319. Quo magis religio, quam profiteris, non has solum virtutes, sed et mitem iniuriarum patientiam inculcat, hoc magis non spiritus solum persequutionis, sed et sensibilitas erga dissentientes in sacris, §. 321, vt post laesionem veram acceptam ab iisdem immitte vindictae studium, §. 322, 324. declarat praepostere te emendationem aliorum suscepisse, §. 362.

(a) der gröbere Verfolgungsgeist, (b) der feinere.

SECTIO VIII.

STUDIVM PROPAGANDAE SCIEN-  
TIAE ET VIRTUTIS.

§. 370.

Post religionem quum scientiae virtutes-  
que reliquae nobiliores sint generis huma-  
ni dotes, quantum potes, da operam pro-  
pagandis per homines scientiis virtutibus-

Q 3

que

que singulis, §. 304. proportionate tamen, prout vna nobilior altera, a te melius cognoscitur, et propagari commodius potest, §. 305. Caue, ne sis patronus ignorantiae, minutiarum, erroris, obscuritatis, incertitudinis et cognitionis mortuae, quae et quatenus tolli in humano genere potest, §. 313, aperrus, eam ridicule defendendo: vel magis recte detrahendo veritatis, earumque doctoribus; claritati, perspicuitati, viuiditati, distinctioni, profunditati, eiusque illustratoribus; certitudini, scientiae, convictioni, eiusque demonstratoribus; cognitioni viuae, eiusque praeconibus.

## §. 371.

Virtutem in genere humano propagare pro virili labora, §. 370. Quod quum nec oratione, nec exemplo, §. 133, comode fieri potest, sine significazione virtutis propriae, ne sis quidem ostentator virtutis ullius, §. 121, neque tamen ullius te virtutis pudeat, quo minus te eius amicum vel expresse vel tacite profitearis, §. 119, quoties et quomodo cunque philanthropia postulauerit, §. 122. Ne patronus sis vitiorum apertus, caue, ne vere talia excuses vel totaliter, vel extenues ultra veritatem, §. 322, ne cuiquam faveas, obipsius vitia, vel peccata laudes, qua talia, aut alia ratione causa sis eorundem moralis,

ralis, §. 307. Ne sis subtilis vitiorum patronus, fuge ne virtutem vllam vnquam aut virtuosum, qua talem scilicet, vt supra, §. 370. derideas, aut alia ipsi ratione detrahas, ne temere virtua pro ineuitabilibus vendites, aut virtutem vltra veritatem pingas acerbam. §. 6.

## §. 372.

Sicut in scientiis non aequalis in omnibus hominibus gradus vnquam obtineri potest; sic tuis viribus nec obtrinebis in omnibus aequalem virtutis gradum, M. §. 272. Hinc sicut male ageret sine controuersia, qui prorsus excolere negligeret ingenium, ex quo non praestantissimum exsculpendum Mercurium probe praeuidet; ita summus etiam in hominibus assequendus virtutis gradus in quibus a te obtineri non potest, de illorum minori saltim virtutis gradu obtinendo non licet esse omnino incursum. §. 361. Qui supernaturalem virtutem respouunt, tenta naturalem interim in iisdem, §. 28. qui internam auersantur, tenta externam certe in iis producere. §. 300. Par ratio cognitionis. Veritatem auersato fabulas viles, distinctionem horrenti poetas bonos, certitudinem negligenti probabilitatem suppedita, si meliora non recipiat; in quo non tanta cognitionis vita produci per te potest, quam decreta et ple-

Q 4

nae

nae sequantur appetitiones, in illo saltim minus plenas et antecedentes volitiones bonorum actuare tenta, M. 671, 695.

§. 373.

Sciens et scientiam aestumans, virtutem aliquam possidens et aestumans egregie differunt; tamen ipsum scientiae et virtutis aestimium apud multos, quum et ipsis et aliis saepe profit, in his etiam, in quibus nec scientiam, nec virtutem praestare tibi datur, utriusque saltim aestimium quaere; semper tamen maius pro virili intendens, hinc et eius impedimenta removere laborans, quantum datur. §. 372.

SECTIO X.

AVXILIVM VITAE COMMODE TRANS.  
IGENDAE.

§. 374.

Quoniam vita si fungantur alii, omnis tibi fere occasio, quam praesagire potes cum aliqua certitudine, iuuandi eosdem, quibus nunc polles viribus, praeripitur: vides, cur obligatio iuuandi alios in conseruatione vitae eorundem fere omnibus aliis aequipolleat simul sumtis, §. 364, 305. Hoc officium denuo postulat innocentiam erga vitam et corpus alterius omnem, §.

319.

319. praesertim illam etiam, qua caueas,  
ne falsa humanitas vel ciuitas, §. 309, 310.  
aut praeposterum placendi studium, §. 299.  
inuitet alium ad intemperantiam contra  
regulas diaeteticas, §. 254, qua caueas con-  
silia sanguinem fitientia, §. 322.

## §. 375.

In necessitatibus commoditatibusque vi-  
tae sibi parandis iuua alios, §. 364, 277.  
hinc in labore et ad laborem, §. 278, 281,  
vnde noua patet ratio, qui possit ad labo-  
rem obligari satis locuples ad prospicien-  
dum suis necessitatibus commoditatibus-  
que vitae sine labore pluribus. §. 271. Sum-  
tuositas et magnificentia, quibus procura-  
tur multis labor, alias vbi temperans fu-  
erit, hinc etiam commendanda est, §. 297,  
298. Sumtus in necessitates commodita-  
tesque vitae egenorum et pauperum facti  
sunt ELEEMOSYNAE (a), et habitus dan-  
di eleemosynas est LIBERALITAS (b).  
Quo quis locupletior, hoc magis, omnis  
tamen obligatur ad eleemosynas et libera-  
litatem, qui suas facultates, salua propor-  
tione inter ordinatam philautiam et amo-  
rem alterius, magis requiri nouit indigen-  
tiis alterius, quam suis. §. 305.

(a) Allmosen, (b) Freygebigkeit.

## Q 5

§. 376.

## §. 376.

Licet male hinc sumantur excusationes saepe tenacis auaritiae, §. 371, 288. verum tamen est, liberalitatem etiam esse debere, quae potest, oculatissimam, §. 348, ne facile feratur 1) in paupertatem tantum simulantibus, aut egestatem etiam, saepe diuites, §. 375, 2) egestatis vel paupertatis suae lamentatores publicos neglectis clanculum maiorem gementibus dignioribus, partialis, §. 318. 3) in augendas aliquorum commoditates neglectis aequae dignorum necessitatibus, §. 277, 278. 4) in minus notos, quibusque minus prodesse per sumtus poteris, quique tibi minus utiles, posthabendo caeteris proportionate paribus, notiores tibi, quibus plus prodesse sumtibus tuis, quique et tibi utiliores, §. 305, neglecta nonnunquam ipsa gratitudine, §. 331.

## §. 377.

Vt cum necessitatibus vitae in paupere vel egeno iuves simul, quantum potes, commoditates ipsius, §. 278, 375, liberalitas tua 1) aptissima se occasione exferat, sit **TEMPESTU A**, hinc caue beneficiorum procrastinationem, vbi nunc bene colloqui videris, 2) sit comis, immo ciuilis, §. 310. quae quasi aliud agendo munus insinuer,

nuet, praesertim illi, quem paupertatis pudet, e. g. per contractus mixtos titulo oneroso et lucrativo, qui simul cauent, ne liberalitas fiat alimentum pigritiae, et hinc etiam, 3) tacita et occulta, quantum potest, quod et ipsa poscit modestia, §. 297.

## SECTIO XI.

## OFFICIA CONUERSATIONIS.

## §. 378.

Quum vna ex' maximis huius vitae commoditatibus sit iucunda conuersatio, §. 278, ad eam tibi et aliis praestandam, §. 375, esto CONUERSABILIS (a), in quo sunt notabiles habitus ad iucundam conuersationem requisiti, scilicet VIRTUTES HOMILETICAE (b), nec temere vitae genus eligas, quo extra omne fere commercium cum aliis hominibus ponereris, §. 267, nec optime tempus tuum collocaturus illud ita dispensa, ut nulla paene aliis eorumque consuetudini danda superfit horula, §. 271. Perpetuus solitudinis amor et habitualis, nisi soliplismum, §. 195. et misanthropiam nigram, leuorem saltim sapit, §. 313, et minus amicum de aliis iudicium. §. 349. Hinc sermones, quorum finis in proximis primarius est alenda iucunda conuersatio, hunc consequuti non sunt vani, non inutiles,

les, neque, ceu tales, reiiciendi, nisi maiora post se trahant incommoda.

(a) umgänglich, (b) die Tugenden der Umgänglichkeit.

### §. 379.

Quum obligeris ad iucundam cum aliis conuersationem amandam, §. 378. obligaris 1) ad habitum eam occasionandi, s. AF-  
FABILITATEM (a). Ergo ne sint ultra necessitatem tibi difficiles aditus. Ne te conuenienti tempore, quo potuit, com-  
modissimo, vultu, laconismo, inciuitate voluntaria declares, te eius vale malle,  
quam aue. Obligaris 2) ad habitum cu-  
randi, quae iucundam, vitandi, quae mo-  
lestam reddunt alteri conuersationem,  
quantum potes; hinc etiam ad actiones  
minores alteri sensitivam voluptatem in  
conuersatione producturas suscipiendas,  
taedium eiusmodi s. nauseam excitaturas  
vitandas.

(a) Gesprächigkeit.

### §. 380.

DECORUM LATIUS SUMTUM est com-  
plexus officiorum internorum erga alios,  
ad cuius obseruationem obligaris, §. 304-  
379. DECORUM STRICTIUS SUMTUM  
(a)

(a) est complexus actionum et omissionum minorum, quae singulae leuiorem voluptatem in aliis producunt sensitivam in conversatione, simul tamen sumtae plurimum ad eius iucunditatem conferunt, ita, ut opposita illarum hominem saepe pluribus reddant intolerabilem. Obserua decorum strictius dictum, et da operam habui illud obseruandi, s. DECENTIAE (b)

§. 379.

(a) das angenehme Wesen in dem äusserlichen Betragen, (b) die Wohlhaben-digkeit, ein guter und angenehmer Anstand.

§. 381.

Decentiae pars quaedam positiva est in decoris actionibus earumque habitu consistens, quatenus ab omissionibus distinguuntur. Hoc significatu decore agens, hinc et loquens, ALIOS SIBI OBLIGAT STRICTISSIME (a), quum LATE OBLIGET, quisquis motiuia connectit cum liberis determinationibus, et STRICTE, qui obligat ad amorem sui, quod non solis actionibus decori strictius dicti, sed et beneficiis fieri potest, §. 306. M. §. 903. Obliga tibi alios stricte, §. 365, et strictissime, ad quod hoc magis obligaris, quo facilius est, §. 380, ergo da operam habui

tui

tui etiam alios stricte et strictissime tibi obligandi, §. 299, cuius species habitus aliorum fauorem sibi conciliandi, M. §. 684, quo pollens est **HOMO INSINUANS** (b). Insinua te aliorum animis, quantum potes, quod si praestetur in illo gradu, ut alteri fauorem a te suum auertere reddatur moraliter impossibile, **REDDIS TE ALTERI NECESSARIUM** (c).

- (a) andere sich verbinden, oder verbindlich machen,
- (b) ein Mensch der sich einschmeichelt oder beliebt machen kan,
- (c) sich andern nothwendig machen.

### S. 382.

Temperans studium sibi alios obligandi est **MORUM FACILITAS** (a) (**popularitas**) quaerenda, §. 381, 249, excessus eius **PLACENTIA** (b) (**blanditiae**) defectus **MORUM AUSTERITAS** (c), quae cum vitande sint, denuo cauenda adulatio, §. 352. Morum autem facilitas optime obtinetur per suum cuique in minoribus etiam, imaginarium quoque, quod sine blanditiis tribui potest, §. 317. Reddere personae sc̄i convenientia cuique. Hinc in noscendis iis, quibuscum conuersandum est, admodum nosse labora, quid ipsis praeципue iucundum, gratum, molestum, incommodum esse soleat, quantumque placeat vel displaceat, §. 348, 227, qui sermones et quanti, quale

quale silentium et quantum. Tunc non difficilia erunt duo ex praecipuis placendi mediis, 1) imitatio, gaudere cum gaudientibus, contrastari cum tristibus, §. 92. prudenti συγκαταβασι και συναντασι omnia omnibus fieri, ut lucremur aliquos, §. 299. et 2) occasionum suppeditatio, quibus quisque sibi ipsi acquiescens ex conuersatione queat discedere, satis plerumque satisfactus, M. §. 682.

(a) ein verbindliches Betragen, (b) schmeichelhafte Sitten, (c) rauhe Sitten, ein widerlicher Mensch.

### §. 383.

Decentiae pars quaedam negativa est, in decoris omissionibus earumque habitu consistens, §. 380, 381. quarum opposita quum sint internae laesiones, §. 316, haec pars decentiae curatius adhuc obseruanda priore, §. 319. Neglectus eius est CYNICISMUS PRACTICUS (a). Omnia sedulo caue in conuersatione, quantum potes, quae taedium sensituum in aliis, vel minus, vel imaginarium, excitantia te iisdem molestum reddunt, M. §. 658. Quumque sensitiorum in gustu taediorum sensualia sint fortissima, M. §. 656, 658, maxime parce aliorum oculis, auribus, M. §. 608, et in his potissimum delicatis, §. 266, pudicis,

dicis, §. 273, sensibilibus, §. 321, e. c. Neque tamen esto PURISTA (b), in indecoris actionibus detegendis inanis argutator habitualis, M. §. 576.

(a) die Unflätigkei<sup>t</sup> der Sitten, (b) ein sauberer, füßer Herr.

### §. 384.

In leuioribus obseruabili<sup>r</sup> absurditas est RIDICULUM (a). Hinc in excessu et defectu circa decorum tam facile est ridiculum, §. 380, hoc tamen magis cauendum, §. 293, quo difficilius sibi homines persuadent, in grauioribus prudentem esse, quem in leuioribus absurdum deprehendunt, M. §. 247. Sicut omnis absurditas, ridiculum etiam vel vere tale est, vel apparens, M. §. 12. Per illusiones ingenii et inanes argutationes, accedente LEUITATE ANIMALI (b), habitu res grauiores pro leuiculis ardenter habendi, res grauissimae possunt apparere ridiculae, licet ipsis nihil infit absurdum, §. 576. Hinc licet apparenter etiam ridicula, si possint, vitanda sint magnopere, §. 293. 295, non tamen ideo quid statim omittendum, quia huic vel illi animali risibili viderur ridiculum, §. 296.

(a) das Laecherliche, (b) Leichtsinn, Leichtsinnigkeit,

### §. 385.

## §. 385.

**STUDIUM SINGULARITATIS** (a) est habitualis appetitus se determinandi contra id, quod moribus receptum est; quod quum multis sensitue displiceat, §. 383, probabiliter saltim concludi ex se pariatur, velle te quid esse praecipui, §. 297, et in leuioribus plerumque vere, semper apparenter, ridiculum sit, egregie cauendum, §. 384, cum suo fonte, 1) opinione praejudicata, ac si error semper sit a parte plurium, quum sit tamen in iis tantum a parte plurium error, quae diuisis respectu difficultatis in cognoscendo veris humana- rum cognitionum obiectis, vti vnum difficilior homo vere novit, ac aliud, dimidium superius et difficilior occupant, et 2) **STUDIO PARADOXI**, habituali appetitu in omnibus fere suis actionibus admirationem aliorum excitandi. Miramur etiam, quae ridemus, M. §. 688.

(v) das besondere Wesen.

## §. 386.

**SPIRITUS CONTRADICTIONIS** (a) (antilegophilia) est appetitus habitualis ab aliis in oratione dissentendi, studium singularitatis expressum, sicut studium singularitatis in aliis, praeter orationem, est spiritus contradictionis tacitus. Hic etiam

R

cauen-

cauendus, §. 385. multo magis, iniurius  
vbi fuerit, §. 316, aut rusticus, §. 337. Ne  
tamen sis IMITATOR SIGNIFICATU MA-  
LO (b), (simia) mores aliorum in excessu  
pro exemplari sumens, §. 249, nec ASSEN-  
TATOR (c), omnia omnibus annuens, §.  
310. M. §. 749.

(a) der Widersprechungsgeist, (b) ein Af-  
fe, Nachaffung, (c) ein Iaherr, wer  
andern nach dem Munde redet.

## SECTIO XII.

## OFFICIA IN HONOREM ALIORVM.

## §. 387.

Iuua alios in consequendo et tuendo ho-  
nore, multo magis existimatione ipsorum  
simplici, §. 364. 293. Quod si a te hono-  
rentur, augetur ipsorum honor, M. §. 942.  
Ergo honora alios, quantum potes, hinc  
nemo sit, quem omnino contemnas, §. 293,  
nec eum omnem, quem interne non potes  
non contemnere ob nimis extantes imper-  
fectiones, rimosus externe contemnas, §.  
339, multo minus iniustus contemtu exter-  
no in foro externo quenquam oneres, vlo  
vituperio, vlla calumnia, §. 293.

## §. 388.

## §. 388.

Arrogantia alios secum comparatos contemnens est SUPERBIA (a), superbia externa s. significata FASTUS (b) est. Quo maior ergo arrogantia, quo plures, quo perfectiores, quo magis sibi tamen postponit, hoc maior est superbia. Quo maior superbia, quo crebrioribus, quo clarioribus signis declaratur, hoc maior fastus est. Omnis superbia, §. 172, omnis fastus fugiendus est, §. 387, hinc etiam obscurissimis signis declarata, immo ne declarata quidem maior attentio ad veras etiam perfectiones a te tibi vere tributas, in vero gradu, quam humilis et modesta permittit humanitas, §. 357, 296. Neque tamen cum superbo temere confundas eum 1) qui eatenus se non gerit, ut aequalem tibi, quatenus non est, si vere sit honoratior, 2) qui te non honorat, quantum velles, quoniam ideo non statim contemnit, 3) qui facilis eo non delabitur erga te placentiae, ut se indigna suscipiat ex votis tuis. §. 382.

(a) Hochmuth, (b) Stoltz, hochmüthiges  
Betragen.

## §. 389.

Quum ex amore sint honorandi alii, §.  
387, humanitas etiam poscit signa hono-

R 2 vis

ris ipsis tributi, §. 309, comiter, immo ci-  
uiliter, §. 310, sine affectatione, §. 337, pree-  
sertim quum haec facilius ridicula fiat, §.  
384. et decenter ita vnicuique proportion-  
ate exhibenda, §. 380, ut suum quisque,  
nonnunquam etiam imaginarium, ferat;  
ea ratione, qua ipsi maxime placet, §. 382.  
**Cui vel omnia, vel quaedam honoris si-  
gna taedium sensituum excitant, illi nec  
exhibenda sunt, §. 383.** Modo tamen sa-  
tis intellexeris, qualia quis amet honoris  
signa, non facile tutius erit placendi medi-  
um, §. 299.

### §. 390.

Habitualis irrisio quum iam magnopere  
vitanda sit, §. 333. M. §. 684, multo magis  
malignitas alteri dedecus contrahens, ut ha-  
beas fannarum materiem, §. 333, 387. Hinc  
**MOMUS VNIUERSALIS** (a), qui in omni-  
bus ridiculi quid et irridendi aut videt, aut  
vidisse putat, et cum aliis communicat non  
sine ciconia, quam male agat, patebit vbe-  
rius cogitanti 1) praesentes si pungat, spi-  
ritum eius causticum hoc magis abaliena-  
turum eos ab ipso, §. 363. quo difficilius  
se risui exponi fert philotimia modestio-  
rum etiam, §. 384, 296. 2) absentes si ro-  
dat, eos aut resciscere, et idem inde in-  
commodum, immo maius, quia se excusare  
non potuerunt, aut eos latere, qua-  
les

les se pinxerit, et praesentes tamen alienari vultu licet ridente, §. 299. Lenis morum facilitas **SOCIALITAS** (b) est. Socialis esto, §. 327, 382. Socialis in maiori gradu **NOSCIT VIVERE** (c). Nosce viuere.

(a) ein allgemeiner Tadler, (b) die **Gefälligkeit**, (c) wer zu leben weiß.

## SECTIO XIII.

**OFFICIA ERGA ALIA, QVAE NON SVNT HOMINES.**

## §. 391.

Quum rationi etiam sine fide sit fatis improbabile genus humanum spiritus finitorum optimos maximos complecti, qui tamen in hoc mundo existunt, M. §. 796, 935. sine dubio dantur agathodaemones, perfectiores homine ciuitatis diuinae subditi, M. §. 796, 974. Scientia decori erga agathodaemones olim dicebatur **THEURGIA**. Habitus ea praestandi, quae theurgia praecepiebat, **VIRTUTES THEURGICAE** (a), habitus ad has propius praeparantes, **VIRTUTES CATHARTICAE** (b) scilicet purgatoriae, et habitus summae homini possibilis religionis per virtutes theurgicas propius consequendi, **VIRTUTES DIUINAE** (c).

(a) theurgische, (b) reinigende, (c) göttliche Tugenden.

R 3

§. 392.

## §. 392.

Virtutes purgatoriae remedia theurgicarum, theurgicae diuinorum, et hae remedia optima habebantur perueniendi ad experientiam diuinorum, §. 391. Harum in legibus quicquid absurdum meditando determineris, ad id ne tentandum quidem obligaris, §. 57. Rationalis tamen theurgus eris 1) cum agathodæmonibus consentiens, §. 12. 2) illos proportionate amans, §. 303. 3) honorans, M. §. 942. ut media prouidentiae optima in finitis, M. §. 975. sine adoratione tamen vel subtiliter tantum idololatrica, §. 87.

## §. 393.

MAGIA (a) est scientia per minus cognita praestandi quid extraordinarii. Haec possens auxilium spirituum ab homine diuersorum, PNEUMATICA dicitur, et id quidem per theurgiam consequendum postulans ALBA (b) (theosophia pneumatica). Absurda postulans, ne tentanda quidem, §. 392. Cuius absurditas nondum tibi patet, forte an quia de minus cognitis sententiā decidentem ferre non placet, §. 220, illius nec vberior quidem indagatio postulatur, quamdiu certus es in aliis melius tempus tuum collocari, §. 271.

(a) die Zauberkunst, (b) die weisse Kunst.

## §. 394.

§. 394.

Si cacodaemonum existiam et conatum obscurandi gloriam diuinam continuum concederis, M. §. 796. hinc facile concludes, continuo ab iisdem dissentendum, §. 25, adeoque, si vel maxime sit physice possibile cum iisdem pactum; et **MAGIA NIGRA** (a), quae per pactum cum cacodaemonibus praestare doceat extraordina-ria, erunt tamen in moraliter impossibili-bus, §. 192, 393,

(a) die schwartze Kunst.

§. 395.

Vita DAEMONOPHOBIAN, superstitionis spirituum superiorum, praesertim cacodaemonum, timorem, §. 394, 106, si vel sexcentae eorundem apparitiones, obses-siones, fascinationes ponantur possibles: cogita, quam ridiculus, §. 384, quam mol-lis, §. 249, quam praecipitis iudicii, §. 220. foret, qui omnia mala fortean possibilia timeret, M. §. 686, quam impossibile eius-modi homini debitum voluptatis praedo-minium, §. 230, curarum fuga, §. 197. et in deum fiducia, §. 76, 77.

§. 396.

Vt, quantum est in te, studeas mundo optimo, §. 302, non spiritus solum eius-  
dem

R 4

dem partes, sed et minus nobiles eius portiones, quam optime potes, nosse labora, M. §. 664. Esto **SPECTATOR VNIUERSI** (a), illud melius repraesentandi virtute pollens, quam est physice necessarium, M. §. 573, et quidem 1) omnium quum conscius fieri nequeas post aliquam tuis finibus completam totius perspicientiam maximis et grauissimis praefertim operam contemplandis tuam colloca, M. §. 669. 2) veritatis amicus, singula, ut sunt, non ut huic vel illi, vel etiam plerisque videntur, specta, hinc, ut bona et mala, §. 230, ut tamen maiora bona, quam mala animaduertas, §. 228, formale mali nullius obscurer omnino materialis in eodem cognoscendam clarius bonitatem, M. §. 914.

(a) ein Zuschauer der Welt, ein Weltbeschauer,

### §. 397.

**Spectator vniuersi**, 3) claritatis et certitudinis amicus, hinc rationalis, nexum attende in rebus omnibus huius vniuersi a) effectuum, §. 396, eumque, quem potes, maximum, quo singulae, ut opera dei, sistentur oculis, et ad eundem scalae, §. 55. M. §. 335. b) utilitatis, usuum, M. §. 338, 339, et finalem, M. §. 343. c. c. M. §. 358. Ne de aliquo rerum creatarum fine cognoscendo desperes, quia non omnes tibi

bi innotescunt, M. §. 984. 947. Ne ab ignorantia vtilitatis, vsus et finis alicuius rei creatae tua ad negationem illius concludas, §. 36. Ne hominem nobilissimum in creatis gratis sumas, §. 391, eumque reliquorum omnium vnicum finem enormi generis nostri solipsismo, §. 195.

## §. 398.

Spectator vniuersi, 4) vitae amicus in cognitione tua, ne sis otiosus, aut speculator, §. 70, 396, vt omnis naturae rerum theoria sit, quae potest, optime in te practica, §. 70. Vtilitas impellat ad usum, M. §. 339, usus intendat finem optimum, §. 10, M. §. 341. Hinc non vita solum abusus ullius rei, qui usus tantum apparentes sunt, sed et usus, quibus utile interit, nisi fuerint meliores, quam rei conseruatio, M. §. 338. SPIRITUS DESTRUCTORIUS (a) est habitualis delectatio ex rerum interitu. Quo maior delectatio, quo maiorum, quo plurium ex rerum interitu, hoc eiusmodi spiritus maior est, M. §. 160. Omnis vitandus, quum crudelitatis formes esse soleat, §. 334.

(a) Geist der Verwüstung.

## §. 399.

Si vel maxime res ad tuum externum et

R 5

iuris

iuris naturae pertineat, non ethice tibi omnia in eam licita sunt, §. 316. Examina, an sit etiam tuum internum et ethicum, an potius per innocentiam saltim internam, cui debetur, reparandum, §. 319, 320. Quod tuum etiam ethice, in id licet usus et abusus pro lubitu, sed conscientiae optimae, §. 192, quae tibi innocentiam, immo salua proportione philautiae et philanthropiae debitae minus noxiā vtilitatem aliis ex tuo concedere semper suadebit, §. 397.



## PARS II.

# S P E C I A L I S.

§. 400.

**P**ars ethices specialis in statu hominis naturali possibiles aliquos status considerat, non omnibus communes, eorumque obligationes tangit §. 9. Tales patent 1) respectu animae, C. I. 1) respectu facultatis cognoscitiae status eruditionis et oppositi, S. I. 2) respectu facultatis appetitiae status virtuosorum et vitiosorum,

rum, S. II. 2) respectu corporis, C. II.  
1) respectu aetatis, status adolescentiae,  
senectutis et inter utrumque medius, S. I.  
2) respectu valetudinis, status sanitatis et  
morbi, S. II. III) respectu status externi,  
C. III. 1) respectu commoditatum incom-  
modorumque vitae, status vitae commo-  
dae et incommodae, S. I. 2) respectu fa-  
mae, status honoris, neglectionis et con-  
temptus, S. II. 3) respectu amicorum, sta-  
tus amicitiae et destitutionis ab amicis,  
S. III.

### CAPUT I.

## OFFICIA SPECIALIA, RESPE- CTV ANIMAE.

### SECTIO I.

## OFFICIA ERVDITORVM ET INERVDI- TORVM.

### S. 401.

• Status hominis malis contingentibus la-  
borantis est STATUS CORRUPTIONIS  
(a), ab his immunis est STATUS INTE-  
GRITATIS (b). Sicut status corruptionis  
est et status miseriae et corruptionis mor-  
alis siue peccati, M. §. 788: ita status in-  
TEGRITATIS est status et prosperitatis et bea-  
titudinis, M. §. 782, vel innocentiae latius  
dictae,

dictae, §. 319. Quo plura, quo maiora peccata sunt in homine, hoc maior eius status peccati. Quo plura, quo maiora damna et mala physica stricte dicta, M. §. 788, hoc maior status miseriae, M. §. 160.

(a) der Zustand des Verderbens, (b) der Stand der Unschuld.

### §. 402.

Quo maior status peccati et miseriae, hoc maior in homine status corruptionis, §. 401. Quem quum miser peccator, M. §. 909, quam potest, optime cognoscere teneatur, §. 153. 1) ad eius experientias attendat, §. 166, 2) rationes eius indaget, ut videat ex peccato miseriā, §. 165. M. §. 912. 3) gradum eius numeret et pondereret, §. 157. M. 697. emendaturus, qua potest, §. 202. Emendationis studium sit proportionatum, §. 235, hinc in maiores priuationes magis, in minores minus feratur. Ergo peccator emendet ante omnia animam, §. 201. eiusque ingenium latius dictum, M. 648, et in dolem, M. 732.

### §. 403.

Emendatur ingenium per culturam s. intentionem habituum ipsius, §. 202. M. §. 648, hinc per exercitium, M. §. 577. INGENIUM exercitio minus cultum R U D E (a) est, quod

quod coluit exercitium, est **POLITUM** (b). Hinc ingenium naturaliter vegetum, rationabile eminentiori significatu, M. §. 648, immo vniuersale et superius, M. §. 649, potest tamen esse rude, sicut tardum naturaliter, tamen politum, M. §. 648.

- (a) ein roher Kopf, (b) ein verbesserter, angebaueter Kopf.

### §. 404.

Ingenium vel solo rerum vsu in communi vita, sparsimque nunc hoc, nunc illud audiendo legendoque politur, vel cognitione disciplinarum, vel vtroque modo. Cultura ingenii per cognitionem disciplinarum est **ERUDITIO** (a). **DISCIPLINAE** sunt complexus propositionum inter se similius, communi nomine insignitarum et methodice propositarum. Hinc **ERUDITUS VERE TALIS** (b) est, qui ingenium per disciplinas coluit. Vocatur tamen **ERUDITUS** etiam, cuius vitae genus ipsum ad eruditionem obligavit, qui si non fuerit eruditus vere talis, **ERUDITUS TITULARIS** (c) est.

- (a) Gelehrsamkeit, (b) ein wahrer Gelehrter, (c) ein Gelehrter dem Namen, oder der Lebensart nach, ein Gelehrter von Profession.

### §. 405.

## §. 405.

Homo rufis ingenii non potest eruditus esse, nisi forsan titularis, §. 404. Quum autem INERUDITUS (a) vel sit, qui non coluit ingenium per disciplinas, vel quem vitae genus non obligauit ad eruditionem: nec primo quidem significatu, multo minus secundo, ineruditus omnis est rufis, §. 303, 304. Possunt esse ineruditii admodum politi, admodum vegeti, rationalis et superioris ingenii, eruditii autem ingenii admodum tardi et angusti, §. 303.

(c) ein Ungelehrter.

## §. 406.

Polire ingenium quum sit vniuersalis obligationis, §. 403. quantum potest, illi poliendo det operam eruditus, et ineruditus, §. 404. 405. Ineruditus, quem vitae genus impedit per plures illud disciplinas praestare, hoc magis per vsum rerum ruditatem exuere labore. Eruditus autem eandem ob rationem caueat, ne sit titularis tantum, qualis erit STUDIOSUS COR-TICIS TANTUM (a), qui per vitae genus ad eruditionem obligatur, solo tamen rerum vsu, carptimque non nihil audiendo legendoue, sine meditatione vllijs disciplinis.

plinae, eruditionem, quanta satis est, eamque venustiorem, consequi sperat, §. 404.

(a) wer nur obenhin etwas lernt, wer bey der Schale der Wissenschaften stehn bleibt.

§. 407.

**ERUDITUS**, solis disciplinis ingenium politus, est **VMBRATICUS** (a). Eruditus ne sit vmbriticus, sed vsum etiam rerum cum meditatione, vitamque communem cum lucubratione, nunc hanc, nunc illam auditionem et lectionem, etiam extra horizontem suum paullisper positorum, cum disciplinis, in quibus habitat, coniungere tentet, quantum potest, §. 406, quum praesertim ita nonnihil ridiculi, si vel apprens fuerit, declinare liceat, §. 384, et pluribus placere, §. 299, ne viuere nesciat, §. 378 390.

(a) ein bloßer Schulgelehrter.

§. 408.

Ineruditus ne sit nasutus in dijudicandis, quas ignorat, disciplinis, §. 350, 405, caueat pedantismum inscitiae, §. 171, admodum ridiculum, §. 384, et horrorem librorum ab eruditis scriptorum, §. 406, doctorumque consuetudinem, si vel maxime non nihil olsum et lucernam oleat, §. 240,

ex

ex quibus cognitionem tamen suo modo promouere poterit, §. 404. Aestimium scientiarum et eruditorum vere talium est obligationis vniuersalis, §. 370, 373.

### §. 409.

Disciplina minima foret paucissimarum leuissimarumque propositionum minimo in ordine, minima veritate, claritate, certitudine et vita propositarum complexus, §. 304. Ergo quo plures, quo grauiores propositiones, quo maiore in ordine, veritate, claritate, certitudine et vita propoununtur in aliqua disciplina, hoc illa maior est. M. §. 160. Eruditio minima esset, minima intensio habitus vrendi minimo ingenio per minimam disciplinam vnicam facta, §. 404. M. §. 646. Quo magis ergo intenditur habitus ingenio vrendi, quo maioris ingenii homo est, cuius ingenium colitur, quo maiores pluresque per disciplinas, hoc maior est eruditio, M. §. 160.

### §. 410.

Eruditus, quam potest, maximam eruditionem assequi laborer, §. 404, 10, hinc 1) totum ipsius ambitum, quantum et quoties potest, attendat, §. 409. M. §. 664. quod simul probatum eruditiae humiliatis remedium, §. 168. 2) viam ad eruditionem vbiique facillimam eligens, non sit, nisi coa-

coactus, αὐτοδιδακτος ον αβίβλος. Quumque nemo mortalium in hac vita eo eruditio-  
nis deueniat, ut non detur plus vltra, §. 409.  
**omnis ERUDITUS** esto **CRESSENS** (a),  
cuius augetur eruditio, nemo **SUBSISTENS**  
(b), cuius eruditio non augetur amplius,  
multo minus quisquam **DECRESSENS** (c),  
cuius minuitur eruditio, quantum illud  
praestare, haec impedire potest. Sub-  
sistere nequit sine decremento, §. 409;  
hinc hoc magis subsistendi desiderium ca-  
vendum, ne quis se absolutum somniet in  
doctis, §. 161.

(a) ein wachsender, (b) stillstehender,  
(c) abnehmender Gelchter.

§. 411.

Quum eruditio gradum inter alia de-  
terminet gradus ingenii, §. 409, hic autem  
magnam partem ita a natura pendeat, M.  
§. 648, ut non a libertate hominis eo prae-  
dicti pendeat, M. §. 708. ingenia litteris  
prorsus non nata, quae ex §. 409. diudi-  
cari poterunt, si datur optio, potius absti-  
neant a vitae genere, quod ad eruditio-  
nem obligat, §. 283, et ab aliis, quantum  
fieri potest, arceantur. §. 363, 364. Tar-  
diora et angustiora naturaliter eruditorum  
ingenia, quantum quidem possunt, se ex-  
citent, M. §. 648, et excitentur, §. 364,  
suo tamen se pede metiantur, §. 165. ne

abieicto animo impotentiam naturalem sibi  
impurent, §. 164. quo paucioribus bene ca-  
piendis ipsorum ingenium sufficit, hoc cu-  
ratius materialem eius perfectionem non  
nisi in optima sibi possibilium ferendi quae-  
rant, §. 202, ne nimia laboriositate, §. 282.  
peccent contra diaetam, et debilitato cor-  
pore harmonicum magis obtundant adhuc  
ingenium, §. 254, felicius ne inuideant  
aliis, §. 228.

## §. 412.

Vegeta et magis vniuersalia eruditorum  
ingenia cogitent, quantum potes, ad tan-  
tum boni praestandum te teneri, hinc quo  
plura quis naturaliter potest, hoc plura ab  
eodem postulari, §. 10, ne sibi arrogantes  
maiis ingenium tribuant, quam vere ha-  
bent, §. 171, aut sibi animi dotes mere na-  
turales impurent, aut iis plus attendant,  
§. 172, aut de iis certiores sint, quam per-  
mittit humilitas, §. 188, ne formalem ani-  
mi perfectionem imperfectione materiali  
maculent, §. 202, ne omnia sibi penetrabi-  
lia somniantes, §. 161, ferantur in ea, quae  
supra horizontem eorum posita sunt, quan-  
tuluscunque fuerit, §. 223. ne temeritatis  
eruditiae rei fiant, §. 236, 249, ne obliui-  
scantur, portentum eruditionis non sem-  
per esse mentis sanae, §. 254, ne praeaudi-  
cium nimiae confidentiae in ingenium na-  
tura-

turale in pigritiam rapiat, §. 272, si vel maxime otii litterati caussam interfesarat, §. 267, ne sint nasuti, §. 350, caueant spiritum causticum, §. 363, nec contemnant natura-  
liter parua ingenia. §. 387.

§. 413.

Quum gradus habituum, qua singulas animi facultates, augeant eruditio[n]em, §. 409. augeantur autem exercitio, M. §. 577, eruditus singulas animi facultates exerceat, quantum potest, §. 410, exercitiis circa o-  
ptima conuenientissimis, §. 202. Ergo in quibusdam occupetur etiam exercitii gra-  
tia, §. 267, et intimam omnium faculta-  
tum animi cognoscituarum conspiratio-  
nem et mutuam indigentiam perspiciens,  
ne vllijs facultatis, e. g. sensiuae, exer-  
citia prouersus negligat, §. 300. Omnis eru-  
ditus sit aestheticus practicus, M. §. 533.

§. 414.

Quum ingenium eruditio[n]e colatur 1) multa cognoscendo ex multis disciplinis,  
etiamsi minus attendatur ad gradum per-  
fectionis in singulis cognitionis partibus,  
2) multum cognoscendo aliquas disciplinas  
disciplinarumque partes, etiamsi minus  
attendantur ad numerum disciplinarum et  
partium ex iisdem cognitarum: duplex eru-  
ditio[n]is perfectio quaerenda singulis est

S 2

eru-

eruditis, 1) qua multa cognoscuntur, ERUDITIONIS EXTENSIO (a), quae maiore est eiusdem VBERTAS (b) et copia (vastitas) 2) qua multum dignitatis, veritatis, claritatis, certitudinis et virae in cognitis praefatur, INTENSIO (c), §. 409.

(a) die Weitläufigkeit, (b) der Reichthum,  
(c) die Stärcke der Gelehrsamkeit.

### §. 415.

Ad extendendam intendendamque suam eruditionem doctus obligatur, quantum potest. §. 414, 409. Hinc tam praecepsrum: Non multa sed multum, quam: Non multum, sed multa, sunt ethices deceptricis, §. 7. Et multum, et multa cognoscenda sunt, §. 414. Modo ne vastitatis amicus, §. 414, fiat studiosus corticis tantum, §. 406. aut negligat intensionem eruditionis illius praecipue debitam, ad quam vitae genus ipsum obligat, §. 404, ne pensa sibi nimis longa destinet, §. 270, caueatque πολυπραγμοσύνη litterariam, πολυμαθημοσύνη, et animum desultorium. §. 283. Temperans esto polyhistorias studium, nullum pansophiae, §. 249.

### §. 416.

Intensionem eruditionis suae intendens doctus, §. 415, et informans secum, ut decet,

eet, disciplinarum ambitum, §. 410, facile videbit, non omnes sibi disciplinas aequae penetrabiles esse, §. 414. Ipsa ingenia vniuersalia licer ad plures disciplinas aliis notabiliter aptiora sint, ad vnam nihilo sunt minus magis nata, quam ad aliam, M. §. 649. Magis idem adhuc obseruabile in ingenii inferioribus. **STUDIUM ALICUIUS PRIMARIUM** (a) est, disciplina vel disciplinarum complexus, in quibus prae reliquis disciplinis intensionem eruditionis acquirere occupatur.

(a) jemandes Hauptwissenschaft.

### §. 417.

Quilibet eruditus obligatur ad aliquod studium ipsi primarium, §. 416. quod esse iubeat, quantum ipsi datur optio, ad quod cognoscendum ingenium suum aptius, quam ad cognoscendas disciplinas alias, cognoscit: ingenia historica historias, philosophica philosophiam, mathematica mathesin amplectantur, §. 283. M. §. 649. e. c. Hinc noua obligatio eruditorum ad indaginem sui ingenii, §. 225.

### §. 418.

In eligendo studio suo primario eruditus non male sequitur curiositatis naturalis determinationem, §. 417. M. §. 688. modo

do caueat, ne acquisitam ex falsis et fluxis  
voluptatibus ortam cum naturali confundat,  
§. 234, M. §. 662, quae saepe contra  
vel supra ingenium instigaret, §. 236. Stu-  
diorum genus, in quo eruditio potissimum  
laborandum est, vel est studium simul eius  
primarium, vel illi admodum cognatum,  
vel satis heterogeneum. §. 416.

## §. 419.

Quantum eruditio datur optio, videat eo,  
ut studium ipsius primarium sit simul, in  
quo ipsi potissimum laborandum est, aut  
illi admodum cognatum, §. 416, 282, quod  
praestabitur, vel electo vitae laborumque  
genere, quod obligabit ad iam constitu-  
tum studium primarium, §. 283, vel electo  
studio primario eodem vel admodum co-  
gnato, cum iis, ad quae potissimum iam  
constitutum virae laborisque genus obligat,  
et hoc ingenii superioribus facile est, M.  
§. 649, 527.

## §. 420.

Si quis eruditus tam infortunatus sit, ut  
studium ipsius primarium et in quo potis-  
simum laborandum ipsi est, admodum sint  
heterogena, §. 418. gratulandum ipsi qui-  
dem otium eruditum studio primario im-  
pendendum, §. 330, 267. cauendum tamen,  
ne media in sedulitate pigrescat. §. 282.

Ad

Ad quem eruditionis gradum in aliqua disciplina acquirendum vitae genus eruditum obligat, ad eum laboriosus adspiret, si vel sexcenties eiusmodi disciplina non sit studium eius primarium, nec illi admundum cognatum, §. 283.

## §. 421.

Quo maiores, grauiores nobilioresque sunt disciplinae, per quas colitur alicuius ingenium, hoc maior est eius eruditio, §. 409. Hinc eruditus, quantum per ipsius ingenium, §. 417. legitimam curiositatem, §. 418, aliasque circumstantias studium eius primarium determinantes, §. 416. ipsumque vitae genus et laboriositatem fieri potest, §. 419, eas potissimum disciplinas collat, in quibus plus grauioris veritatis, claritatis, certitudinis et vitae sibi fore praevident, quam alias, §. 409. 410. et illas de novo, quantum potest erudita simplicitate sapienter prudenterque studio suo primario subordinet, §. 416, 102, aut illud ipsum esse iubeat. §. 417. Hinc caueat eruditum spiritum minuriarum. §. 196.

## §. 422.

Eruditus quum cognitionem suam iisdem, quibus ineruditus remediis, perficere obligetur, §. 407, simulque per discipli-

nas, §. 404, easque, quas potest, maximas, §. 421. 409, magis, quam reliqui homines, obligatur ad amorem I) veritatis, ergo et fugam ignorantiae et erroris vincibilis. Ignorantiam enim eruditam sibi, qua etiam eruditus est, inuincibilem appetat potius, quam auersetur, §. 236, ne errare, i. e. bis ignorare malit, quam ignorare quicquam simpliciter, §. 141, hinc epochen eruditam semper notionibus crassis, §. 35, praeudi- ciis et sophistificationibus etiam verarum conclusionum anteferat, §. 36, 37, maxime in studio suo primario et in quo potissimum ipsi laborandum est. §. 416, 418.

## §. 423.

Eruditus praeterea aliis obligatur ad amo- rem II) lucis, §. 422, ut ubique viuidissi- mas distinctissimasque tam intensiue, puris- simas, quam extensiue, perceptiones quaerat, quantum potest, praecipue in studio suo primario, et in quo ipsi praecipue la- borandum, §. 416, 418. Tenebras omnis eruditus fugiat, ne tamen tenebras indu- cit tantam lucem, ad quam caligant ralpa- rum oculi. §. 422. Quo plures quis veri- tates, §. 422, quo clarius, quo distinctius, in aliqua disciplina iam inuentas nouit, aut a se declarandas praeuideret, hoc magis ad culturam illius disciplinae obligatur. §. 409.

## §. 424.

## §. 424.

Eruditus p̄ae aliis obligatur ad amorem III) firmitatis et fundamenti, hinc etiam cognitionis vere experimentalis, probabilitatis et certitudinis moralis et historicae, cognitionis philosophicae et scientiae, vt vbique, ita praesertim in studio ipsius primario, et in quo praecipue laborandum ipſi est. §. 422, 416. Qui tantam in disciplinis certitudinem obtinuit, quam tam obtinere poruit, est SOLIDE ERUDITUS (a), qui minorem, SUPERFICIALE (b). Eruditus omnis fugiat superficiariam eruditionem et quaerat solidam, praesertim in studio primario, §. 418. Quo plus soliditatis aut iam sperare ab aliis praestitae, aut inferri a se posse certis disciplinis sperat eruditus, hoc magis ad eas colendas obligatur. §. 409. Quo plus falsitatis et lacunarum, obscuritatis, confusionis et incertitudinis, dubitationis, improbabilitatisque eruditus in aliqua disciplina inuenit, a se vix disiiciendarum, hoc serius, caeteris paribus, ad illam accedat, §. 271.

(a) ein gründlicher, (b) feichter Gelehrter.

## §. 425.

Eruditus p̄ae aliis obligatur ad amorem

S 5

III)

III) vitae et ardoris in cognitione sua. §.  
 422. Omnis eius eruditio sit practica, nihil speculationis, etiam in maxime theoreticis, §. 70. Quo disciplinas iam foecundiores inuenit, aut quo foecundiores **PORISMATICUS**, s. **consectariis** practicis, i. e. quo magis **PRAGMATICAS** (a) easdem sperat reddere, hoc magis, quo steriliores vere, quo minus utiles in praxi reperit, hoc minus ad eas colendas obligatur, §. 67. Quum eruditorum ardentior esse debet cognitio, quam ineruditorum, aut magis impellat ad mala, ut fieri solet de facto, aut magis ad bona, ut debet. §. 10. Ergo eruditus magis obligatur ad virtutem, quam alii, et ad fugienda vitia, hinc etiam ea, quorum elateres possent ex eruditione desumi, e. g. profanitatem eruditam, §. 117, hypocrisim, §. 115. scandalositatem, §. 134, pedantismum, §. 171, et fastum litterarium, §. 388, quo non ineruditii solum pro vulgo et plebe, et seurina hominum, §. 405, sed et eruditii habentur, qui non iisdem in studiis, et quidem aequi secum excellere videntur animo pedantico, et quicquid per hoc absurdum ponitur eruditii frigoris erga ineruditos, §. 311, misanthropiae, §. 313, controvrsiarum caninarum, §. 314, inuidiae, §. 328, ingratiitudinis, §. 331, malignitatis, §. 333, inhumanitatis, §. 335, eruditio affectatae, §.

336

336, eruditae rusticitatis, §. 337, adulatio-  
nis, §. 352, critices causticae, §. 363, inoffi-  
ciositatis, §. 366, indecentiae, §. 380, ridi-  
culi et leuitatis, §. 384, studii singularitatis,  
§. 385, et spiritus contradictionis, assenta-  
tionis, §. 386, et irrisio[n]is vniuersalis, §. 360.

(a) brauchbar in der Ausübung.

## SECTIO II.

### OFFICIA VIRTUOSI ET VITIOSI.

#### §. 426.

Omnis peccator, praesertim eruditus,  
§. 425. obligatur ad emendationem indo-  
lis sua, §. 402, ergo ad apperitionem vir-  
tutis, quam minus apperebat, auersatio-  
nem vitii, quod minus auersabatur, §. 10,  
M. §. 732. Ergo in peccatore statui mo-  
raliter magis corrupto semper succedat me-  
lior. M. §. 723.

#### §. 427.

STATUS hominis moralis, in quo stati-  
bus melioribus succedunt deteriores, est  
status deterioriorum, LAPSUS, DESCEN-  
SUS (a), destitutionis; in quo deteriori-  
bus succedunt meliores est meliorationis,  
RESIPISCENTIAE (b), ADSCENSUS, cor-  
rectionis, restitutionis. Status descensus  
statui resipiscentiae succedens est RELA-  
PSUS.

PSUS (c). Peccator non descendat amplius, resipiscat, nec relabatur. §. 426.

- (a) der Zustand des Fallens, des Abnehmens,
- (b) der Busse, der Besserung, (c) des Rückfalls.

### §. 428.

RESIPISCENTIA PARTIALIS (a) est, qua aliqui tantum, TOTALIS (b), qua omnes habitus morales mutantur in melius. Partialis est SUPERFICIARIA (c), qua externae tantum apparentiae leuius emendantur. Totalis, quae occultissima mentis etiam grauius corrigit, est INTIMA (d). Intima quum maiorem perfectiōnem peccatoris ponat, quam partialis aut superficiaria, §. 10, 202. ad has minus, magis ad illam obligatur, §. 427.

- (a) die Busse, welche nur zum Theil geschieht,
- (b) die gäntzliche Busse, (c) die nur obenhin geschieht, (d) die innige.

### §. 429.

Resipiscientia moralis, §. 427, quum requirat status antecedentis, qua gradum etiam corruptionis, et consequentis, qua gradum perfectionis, clariorem intuitum, M. §. 723. peccator emendandus inuigilans corruptioni suae morali praesenti, §. 159, conscientia concomitante, et conscientia

con-

consequente §. 181, mali, §. 183, facta sua  
praeterita cum funestis fontibus et con-  
sectariis, iusto in gradu, §. 164. et conse-  
ntia antecedente, §. 181, intueatur suaden-  
te statum perfectiorem, qui ipsum manet,  
dissuadente corruptiorem, nisi resipuerit,  
necessarium, §. 183. Resipiscientia ergo  
poscit agnitionem peccari, qua quis opti-  
ma potest, conscientia, §. 292.

### §. 430.

Certum consectetur conscientiae ma-  
li, §. 183. in explorante se peccatore, §. 157,  
sicut et quantum decet, §. 429, erit poenitentia, M. §. 685. et auersatio relapsus,  
§. 427, quae **ODIUM POENITENTIALE**  
(a). Ergo peccator obligatur ad poenitentiam agnitioni peccatorum, quam praefare potest, fidelissimae, §. 104. proportionatam, et utriusque proportionatum  
odium poenitentiale, magis adhuc amore  
melioris confirmandum, §. 240. 429.

(a) der bereuende Hass der Sünde,

### §. 431.

Peccator emendandus corruptionem  
suam, ut decet, agnitus, §. 429, nec ipsa  
facta, minus fontes, minime abyssum pra-  
vitatis in utrisque satis intueri, hinc nec  
consectaria huius agnitionis, §. 430, omni-

no

no in potestate sua posita deprehendens singula petat a deo, §. 94, eumque voluntatem etiam petendi, ad quam obligatur homo, daturum confidat, §. 77.

### §. 432.

Quia peccator quovis momento tenetur ad resipiscientiam §. 427. PROCRASTINATIO (a) eius, decretum futuro remotiori demum tempore tentandae quovis momento, quo sit, peccatum est corruptiō nem moralem augens, resipiscientiam difficiōrem reddens naturaliter auctis quovis malo exercitio vitiis, M. §. 577, 527. Quum eadem continuanda sit a peccatore continuo, §. 427, non male quotidiana dicuntur.

(a) der Aufschub der Busse,

### §. 433.

Homo vel esset virtuosus tantum, vel vitiosus tantum, vel vitiosus et virtuosus simul, idque vel aequaliter, vel inaequaliter. Nam non est aequaliter virtuosus, et vitiosus, M. §. 790. Hinc peccator vel magis virtuosus, quam vitiosus est, et a posteriori virtuosus vocatur, vel magis vitiosus, quam virtuosus est, et a posteriori vitiosus dicitur. M. §. 789. Resipiscientia, qua vitiosus in virtuosum mutatur, est

CQN-

**CONUERTIO** (a). Vitiosus conuertatur, §. 427, virtuosus licet, peccator tamen, resipiscat. §. 432.

(a) die Bekehrung.

**§. 434.**

**STATUS** hominis, in quo facultatis appetitivae inferioris in superiorem, saepe nec reluctantem notabiliter, victoria est habitualis, est status **BESTIALITATIS** (a), brutalitatis, animalitatis, in quo facultatis superioris in inferiorem, saepe nec notabiliter reluctantem quidem, habitualis est victoria, est **STATUS RATIONALITATIS** (b), s. humanitatis. Status bestialitatis non est, nisi vitiosi. §. 200, 433. Virtuosus est in statu rationalitatis, §. 200, licet non omnis rationalis homo bestiali opponitus sit virtuosus, §. 433.

(a) der vichische Zustand, (b) der vernünftige, menschliche Zustand.

**§. 435.**

Quo minus homo bestialis se ipsum conuertere potest, §. 433, 434, hoc magis aliis laborandum est, ut, quibus moraliter comparatiue saltim vigilat, §. 158, opportunitatibus, aestimum saltim et gustus vitae homine dignioris in eodem ex-

cite-

citetur, §. 373, tunc colatur ingenium, qua facultates suas superiores ardentissimis, quibus potest, veritatibus, §. 370, quae non poterunt non aliquod animae in se ipsum imperium praestare, M. §. 730. Non possunt in victoria sui in eiusmodi homine saltus, minoribus gradibus se vincentis contentus sis, donec succreuerit dominum sui, §. 200, 372, et homo iam humanitati proximus suam rationem sequi possit. §. 192, 434.

### §. 436.

Homo rationalis, vitiosus tamen, §. 434, quum moraliter vigilet, §. 158, vitam anteactam repuret secum, §. 160, et prouideat, §. 162, hoc facilius perspiciet peccata ipsius proaeretica, M. §. 695, neque tamen ab iis desistet, quamdiu somniis vigilantium sibi concipit falso commoda ex peccatis maiora, eaque clarius intuetur, et certior de iis videtur sibi, quam de tristibus confessariis peccatorum, iisque oppositorum bonorum praemiis, §. 192. Hinc veritatem, licet amaram, amer, §. 240, ut decet per §. 431, quaerat intueri vera peccatorum oppositorumque iis bonorum confessaria, his attendar, de iisque se conuincent, quam potest, ardentissime, §. 226. et conuincentur, §. 364.

### §. 437.

## §. 437.

STATUS vitiosi sine notabili poenae me-  
tu est STATUS SECURITATIS (a), cum me-  
tu, SERUITUTIS (b). In utroque potest  
esse tam bestialis, quam rationalis, §. 434.  
Posterior licet priore sit molestior status,  
qua praesens, M. §. 658, 686, quum tamen  
exhibeat taedium verum et utilius, M. §.  
910, quo caret posterior, caeteris paribus  
illo minus malus est. §. 227. STATUS vi-  
tiosi cum fortibus stimulis et motiuis ad re-  
sipiscientiam est STATUS BONORUM MO-  
TUUM (c), quatenus tamen appetitus ex  
iis oriundi vincuntur, est STATUS DURI-  
TIEI (d). Duritiei maior gradus statui  
bonorum motuum succedens, est STATUS  
INDURATIONIS (e). Statum seruitutis ni-  
si comitetur desperatio, M. §. 686, erit  
ille status bonorum motuum, §. 439, praef-  
fertim ubi spes effugiendarum poenarum  
affulgeat et consequendorum bonorum, M.  
§. 728. Status securitatis est status duritiei,  
hinc ex seruo securus induratus est.

(a) der Zustand der Sicherheit, (b) der  
Knechtschaft, (c) der guten Bewegun-  
gen, (d) der Haerte, (e) der Ver-  
haertung.

## §. 438.

Securus bestialis ex morali vertigine fu-  
T ali-

aliquando compos, §. 158, ira, vt rationa-  
lis, aut ipse perpendat sponte, aut docear-  
tur iustitiam dei vindicatiuam vberrima,  
grauissima, verissima, clarissima, certissi-  
ma, et ardentissima, qua fieri potest, ra-  
tione, §. 434, 437. Prior cogitet coeca  
sua negatione non tolli reapse, sed  
augeri poenas, M. §. 909, quas cum fon-  
te suo, iustitia vindicante, distincte si ne-  
queat percipere, viuide saltim pingantur  
ipsius ob oculos, §. 372. Posterior 1) per-  
pendat, an satis tutus sit a poenis etiam  
miraculosis. M. §. 913. 2) an admodum na-  
turalibus infortuniis non satis male haberi  
possit, et an homo miser sit res incredibi-  
lis? M. §. 912. 3) ipsas poenas naturales,  
*quas non unius aestumarat affis*, aucta praeser-  
tim, vel ipso nolente, conscientiae viu-  
ditate et certitudine latrantis, §. 183. la-  
mentabile forsitan aliquando: non putaram,  
expressuras, §. 163.

### §. 439.

Et securus, et praesertim seruus, quum  
solam poenarum praeuisionem sentiant non  
satis habere roboris ad cohibenda vitia, §.  
437: optime, quam possunt, cogitent, an  
homo non puniendus iam eo ipso, qui pot-  
est, felicissimus sit? M. §. 787. intueantur  
hinc simul requisita ad bene viuendum di-  
uina beneficia, bene actorum praemia, §.

78. Sic forte voluptas sola, vel taedio iuncta praestabat, quod solum non poterat taedium, §. 438, virtus cui sistitur, ut est, semper amabilis, §. 236, nec impune quidem ille vitium appetet, M. §. 663.

### §. 440.

In statu bonorum motuum, hinc et seruitutis, §. 437, ipsa resipiscientiae facilitas non procrastinanda correctionis fiat causa impulsiua, §. 432, cum molestiis luctae continuae, §. 437. M. §. 658, praesertim ubi consideretur, quam naturaliter, spreta resipiscientia, consequentura sit induratio tristissimas saepius iteratas malorum appetituum viatorias, M. §. 577.

### §. 441.

Duri, hinc et indurati infelicitas 1) ex infirmitate caussarum ad bonum impellentium, 2) robore ad malum incitantium, §. 437. Hinc, si qua spes emendationis, 1) spesque metusque bona prouocantes intendantur, 2) illecebrae malorum tantum obtundantur, ut tandem victoria sui sit et eiusmodi homini possibilis. §. 248. Hinc ad verum bonorum malorumque producendum intuitum intendenda cura est, M. §. 655, quum satis vera, clara et certa possit earundem esse cognitio symbolica, quae duritatem potius augeat, praesertim con-

T 2 sue.

suetudinaria, M. §. 650, quam infringat, §. 437. M. §. 669.

### §. 442.

Ne vitiosus forte se ipsum pro virtuoso habeat, §. 433, et ex hoc periculo morali somnio, §. 161, conuersione non opus habere sibi videatur, quam, admodum necessariam, sic tamen non appeteret, §. 433, in hoc curata requiritur sui exploratio, §. 157, an sit in numero pauciorum virtutum, an plurium vitio deditorum, §. 158, et in casu dubii humilitatis est inclinare in partem, quae conuersionem adhuc suadeat, §. 187. Quumque virtuosus magis appetat bona, quam mala, et priora velit appetere, quantum potest, §. 10. 433, vnum ex certissimis criteriis erit, vniuersale odium poenitentiale, §. 430, 428, illecebras suasionesque peccatorum omnis generis superponderans, M. §. 728, nec regnans appetitus emendationis procrastinandae, §. 431.

### §. 443.

Quum omnis emendatio cognitionis dici possit illuminatio, erit illa moralis, emendatio cognitionis de rebus cum libertate proprius connexis, bono, malo morali, virtute, vitio. M. §. 723. Huius praeferimus symbolicae, licet plures gradus sint possibles in vitioso, §. 433. 434, in quo tamen est

est tanta, qua vbertatem, grauitatem, veritatem, claritatem, certitudinem et vitam, quantam status virtutis poscit, in eo praefat **STATUM LUCIS** (a), s. regnum lucis morale; in quo non est tanta, ille est in **STATU TENEBRARUM** (b), regno tenebrarum morali.

(a) der Zustand des Lichts, (b) der Finsternis.

### §. 444.

Homo vel maxime rationalis, §. 434, admodum copiosa, exacta, graui, viuida etiam immo distincta moralium cognitione gaudens, ad conuictionem vsque vel demonstrationem etiam, tamen esse potest in statu tenebrarum; solus virtuosus in statu lucis est. §. 443. Sed huius etiam officium est et regni lucis pomoeria proferre, §. 202, et luci ipsius proportionate agere, i. e. **AMBULARE IN LUCE** (a), quantum potest, §. 235.

(a) im Lichte wandeln.

### §. 445.

**STATUS** virtuosi, in quo fortes ipsi stimuli et motiva ad vitium vincendi sunt, est status **TENTATIONIS** (a) (exploratio-  
nis), in quo non tentatur, est **STATUS TRANQUILLITATIS** (b). Maior gradus

T 3 tran-

tranquillitatis tentationibus succedens est STATUS CONFIRMATIONIS (c). Status virtuosi bene se moraliter determinantis, at cum notabili incertitudine bonitatis, est STATUS ANXIETATIS (d), cum notabili certitudine, est STATUS CONVICTIONIS s. PLEROPHORIAS (e). Hinc status anxietatis est status tentationis, et status tranquillitatis status convictionis.

(a) der Zustand der Versuchung, (b) der Beruhigung, (c) der Bestaerzung im guten, (d) der Aengstlichkeit, der Anfechtung, (e) der Gewissheit,

### §. 446.

Tentatus vel ad errorem proprius obseruatur incitari, vel ad aliud, priores TENTATIONES THEORETICAE (a), posteriores PRACTICAE (b) sunt. In prioribus vel rationum dubitandi sibi tentatus conscientius est, vel minus. In posterioribus vel motuia sunt et stimuli clari ad vitium, vel obscuri tantum, et hinc orti instinctus. In utroque casu priori rationum impellentium et suadentium ulterior analysis ostendet vitium in forma vel materia syllogismi confusioris antea vel theoretici vel practici commissum. Tunc oppositum ubi tali vitio non laborare resolutum iridem, immo magis adhuc, deprehendetur; hinc certum conjectarum status erit convictionis.

### §. 447.

§. 444. In utroque posteriori casu post  
preces, §. 431. suadendum imperium in  
instinctus etiam. §. 242.

(a) Versuchungen zum Irrthum, Anfechtun-  
gen in der Lehre, (b) Versuchungen  
zur Sünde.

§. 447.

Tranquillus et confirmatus quo facilius  
omne sibi bonum opus esse sentiet, §. 445.  
M. §. 527. ad hoc plura se sciat obligatum,  
§. 10, hoc ergo sit feruidior, §. 100. et ala-  
crior in operibus lucis, §. 101, 444. futuras  
tamen nebulas prior praeuideat, §. 162, iis-  
que vel discutiendis vel transeundis, vt de-  
cer, §. 446, se praeparet dominus sui, §.  
200. Praesertim caueat, ne tranquillitatem  
cum securitate confundens, ex defectu lu-  
ctae in utroque statu notabilis, §. 445. 437,  
moraliter obdormiens, §. 159, sensim in  
hanc feratur relabens. §. 427.

§. 448.

Anxius satis molestum hunc suum statum.  
§. 445. M. §. 658, comparatiue tamen bea-  
tum, vt est, cognoscat, M. §. 787. quid  
enim, si seruus, aut omnino securus foret?  
§. 437. Ne incertitudinem, quatenus ab  
infortuniis pender, sibi imputet, §. 174,  
aut deum ipsi imputaturum vereatur, §. 106.

T 4

Ne

Ne conuictionem, quanta ad bene moraliter agendum sufficit, §. 192, licet saepe tantum de probabilitate certiorem reddat conscientiam, §. 189, confundat cum conuictione mathematica, qua certi sumus certitudinis, quaeque non vbiique postulatur, §. 192. Ne putet se dubitare, quoties incertus est, §. 189, multo minus, vbi SCRUPULOS nouit, i. e. rationes oppositi certae vel probabili propositioni, licet eos SOLVERE nequeat, i. e. concipere, in qua parte corundem et quale vitium lateat. Imprimis studeat certitudini conscientiae practicae, §. 191.

## §. 449.

In statu conuictionis qui fuerit, 1) obligatur ad officia tranquilli, §. 447, 445 2) caueat, ne STATUM PERSUASIONIS BONAE (a) C. erroris de certitudine bonitatis actionum suarum, cum ipsa certitudine confundat, quod fieri potest, si vel propositiones syllogismorum practicorum maiores, quas maximas dicunt, olim satis ponderatas, post insensibiliter sibi ipsi altereret, vel ad facta sua minus attendens de maiore conuictus, ut certam etiam, transmitat subsumptionem. §. 178. Anxios miseris toleret, §. 306, 445.

(a) der Zustand der Ueberredung.

## §. 450.

§. 450.

Omnis virtuosus, 1) respiciat in status suos praeteritos, §. 160, sine relapsus appetitu, §. 427. hilaris, §. 74. 2) circumspiciat praesentia, praesertim in statu morali imperfectiones, §. 167, materiem resipiscitiae quotidiana, §. 432, 3) maxime spiciat futura, §. 166, in iisque vel descensum, vel adscensum necessarium, impossibili subsistentia, M. §. 791, hinc ubi ipse nec subsistentiam, nec descensum vñquam appetierit, deum eum semper in laetius al-leuaturum confidat, §. 78, supernaturaliter etiam, quoties naturaliter aequē bene praestari non potest, §. 77.

CAPUT II.

OFFICIA SPECIALIA RESPECTU CORPORIS.

SECTIO I.

OFFICIA AETATUM.

§. 451.

Corpus, quocum est anima humana in hac vita in arctissimo commercio, habet, ubi viuit, 1) aetatis periodum, M. §. 287, in qua vigor eius ordinarius intenditur paul-

T 5 latim,

latim satis tamen notabiliter, §. 255. ADOLESCENTIAM (a), 2) in qua vigor ordinarius nec notabiliter intenditur, nec remittitur, summum, quem obseruabiliter consequetur, gradum nactus AETATEM VIRILEM (b), 3) in qua vigor ordinarius notabiliter remittitur, post aetatem virilem, SENECTUTEM (c).

(a) die Jugend, (b) das maenliche Alter,  
(c) das hohe Alter.

### §. 452.

Animae cum corpore suo harmonia universalis, M. §. 736. 766. diuersae corporis aetati habitus etiam animae reddit proportionatos ita, ut, qua actiones harmonicas, HOMO vel EFFLORESCAT (a), in statu, quo ordinario notabiliter fiunt formaliter perfectiores, §. 202, vel FLOREAT (b), in quo actiones harmonicae, quantum observantur, ordinario aequalem perfectionis formalis, quantam vnuquam in hac vita consequentur, gradum conseruant, vel DEFLORESCAT (c) in statu, in quo ordinario fiunt formaliter imperfectiores. §. 457.

(a) der Mensch blühet auf, (b) er blühet,  
oder befindet sich im blühenden Alter,  
in der Blüthe seiner Jahre, (c) er ver-  
blühet.

### §. 453.

## §. 453.

Aetas efflorescens vel est infantia, vel minorenitas, vel prima maiorenitas naturalis. §. 452. M. §. 639. Infantes quum nondum, naturaliter minorennes non satis ipsi possint intellectu suo vti, ad promouendam suam felicitatem, hoc magis ad eorum curam, § 197. s. EDUCATIONEM (a) maiores obligantur, §. 305, 306. Quo maius est beneficium educatio integrae aeternae felicitatis fundamenta iaciens, quoque maius in ipsa educatione beneficium est cultura ingenii et indolis naturaliter minorennum, §. 402, hoc maius ad tutelam et curatetam voluntariam obligatur, qui hac ratione prodesse posteritati potest optime, §. 364, hoc magis in educatione ingenii indolis minorennum emendatio curae cordique debet esse. §. 370, 371.

(a) die Erziehung.

## §. 454.

Naturaliter minorennis, quam primum fieri potest, ad usum intellectus sui deducendus est, §. 453. M. §. 639. Prima huius exercitia sint etiam, quae possunt, materialiter optima, §. 223. qualia religionis semina, §. 16, 42, et optima, quae praefari potest, cognitio sui ipsius, §. 155. Haec ubi debita fuerit, agnoscat imperfectiones  
aetas.

aetati primae peculiares, §. 452, humilis, §. 168, in quibus hae iam per aetatem etiam emendatae sunt, eos honorabit, §. 389. eorum maturis consiliis sui iudicii eclipses collustrabit. §. 220. M. §. 608.

### §. 455.

Prima maiorenitas naturalis adolescentis, s. ultima pars adolescentiae et prima virilis aetatis est IUVENIUS (a). In prima huius parte, beatae vitae messis in herba, in altera floret, §. 452. In utraque constitutus etiam iusto sui aestimatio crescentes animi corporisque vires porest et confirmatas experiri, §. 453, 168, sed hoc majori opus est cautione, §. 290, ne obliuiscatur se nouum quasi hominem adhuc esse, §. 156, a quo hoc plura postulantur, quo plura data sunt, §. 10. Juuenis praesertim caueat, ne iure succrescentibus facultatibus et cognoscitiuis et appetitiuis inferioribus, §. 452, hinc et affectuum robore, M. §. 678, pone relinquantur facultates superiores seruitute morali significatu lato, §. 245. M. §. 730. Juuenis dominus et victor sui, quo rarior, hoc gloriosior, §. 248. M. §. 942.

(a) das Alter eines jungen Mannes,

§. 456.

## §. 456.

Vir iuuenis florere se cogiter, §. 452, vt fructus ferat, quos et quot potest, optimos, §. 10, dulcissimos, §. 16, deo, §. 80, sibi, §. 228, aliis, §. 299, nunc maturos, §. 452. Aut iam tulit praecoces plures, aut minus, §. 454, 455. Adolescentiae bene locatae sibi conscientia, §. 160. acquiescentiam in se ipso resoluta in satisfactionem ex dei magnalibus, §. 73, gratus iis, qui educarunt, animus, §. 306, 331, nec tamen imperfectiones adolescentiae potius attendere negligat, §. 167, multo minus subsistente quasi natura, §. 452. moralem et iam sibi subsistentiam, §. 450, minime relapsum, §. 427, licitum somniet. §. 161.

## §. 457.

Vir iuuenis adolescentiae sterilis, immoperditae sibi conscientia, §. 456, deferuescente iuuentutis oestro, §. 455. et tumultuantum habitualiter affectuum quiescente non nihil vertigine, §. 158, euigilet tandem, §. 159, aut nunc, aut nunquam iam facta sibi damna reparaturus, §. 320, 452, hoc minus procrastinanda resipiscientia, §. 432, quo minus exspectare vel apparenti ex ratione potest aetatem, in qua ordinario plures notabiliter vires ad bene agendum aut conuersionem habiturus sit. §. 452, 433.

§. 458.

## §. 458.

Dum floret aetas, praesertim ea iam ad senectutem vergente, prospicienda vitae hiems, eique prospiciendum, §. 286, ne, quando multa senem circumueniunt incommoda, cantandum sit illud: non putaram, §. 163. Hinc prudens dispensator temporis sui difficillima huius vitae negotia pensa virilium suorum annorum, praesertim posteriorum, faciet, §. 452. M. §. 527, ita ramen, ut floris summa breuis spem veter inchoare nimis longam. §. 271, 270.

## §. 459.

Sene<sup>c</sup>tus, tam illa prima vegetior, quam postrema decrepita, modo ne sit illegitime accelerata, §. 451, praestabit aetatem deflorescentem, cuius imminutas vires senex non habet, cur sibi imputet. §. 452, 174. Quamvis omnis aetas morti paranda sit, quo tamen illi senex propior est, hoc magis danda ipsi opera, ut fines huius vitae quam primum consequatur, et praestet, quicquid in eadem deo, sibi, aliis debet, moriturus vitae satur. §. 252.

## §. 460.

Omnis aetas vitae quum peculiaria sua et commoda et incommoda habeat, occasionses boni et pericula, §. 257. priorum stu-

studium, posteriorum fuga in officiis erga se ipsum et alios erit corollarium debitae sui aliorumque diiudicationis, §. 164, 358. Ipsi decrepito seni vitae bene actae quieta recordatio, fructus exanimatorum laborum et aerumnarum, experientia, qua iunioribus prodesse potest, matura auersatio bonorum iuuentutis apparentium, beatiorisque vitae praegustus, §. 231, quae cumque fuerint canorum molestiae, non impossibile reddent voluptatis praedominium, §. 228.

## SÉCTIO II.

OFFICIA SANORVM ET AEGROTO.  
RVM.

## §. 461.

Sanum corpus et vegetum quum plures vires ad actiones hominis harmonicas largiatur, hinc easdem facilitet. M. §. 527. ipsa corporis sanitas et vigor animaduersus in motiuis erit, ad hoc plures actiones materialiter optimas tentandas, §. 250. Quae quum sint exercitia bona, ex quibus tales habitus s. virtutes, M. §. 577. quo quis se vegetiorem sentir, hoc magis ad virtutem obligatum se noverit.

## §. 462.

Sanitate corporis gaudens percurrent  
non-

nonnunquam horridum morborum catalogum, hilaritatis habebit materiem, §. 74, eorumque multorum admodum faciles caussas meditatus, sanitatem sibi non somniabit incorruptibilem, quomodocumque viuat. §. 161. Cauebit idem, quantum potest, parum etiam sanitati nocentia, praesertim vbi perspexerit, ineuitabiles multos morbos vigori succedentes superari feliciter, qui tamen vbi languidum inuaserint, eum secum ferunt. §. 255.

### §. 463.

Morbo laborans s. AEGROTUS (a) quum malo physico prematur, §. 253, ad eius rationes indagandas obligatur, §. 157, quas nonnunquam satis clare poterit deprehendere mala moralia, quorum morbi poenae naturales sunt. M. §. 908, haec ergo, quam potest, optime, hinc et ardentissime intueatur, §. 429. vt morbus sit incitamentum resipiscentiae, §. 428.

(a) ein Krancker.

### §. 464.

Aegrotus siue morbum suum, vt certi peccati poenam possit clarius perspicere, siue minus, §. 463, totaliter resignetur in diuinam voluntatem, §. 80. eam tamen in se bonitatem moralem circumspiciat, quae tollen-

tollendo per dei beneficium malo requiri-  
tur, §. 77. Sic vbi fuerit morbus FOE-  
NA, MEDICINALIS (a) erit, i. e. emen-  
dationis medium. §. 202.

(a) eine heilsame, bessernde Strafe,

§. 465.

Aegrotus ad auersationem morbi, quan-  
ta per resignationem in diuinam volunta-  
tem est licita, §. 364, obligatur, §. 353, re-  
stitutionem ergo sanitatis suae a deo potis-  
simum petere, §. 93, exauditionis tamen  
tempus et modum ipsius sapientiae relin-  
quendo, §. 95. Ne fiducia pigra, deum  
tentante, per miraculum sanari velit, vbi  
aeque bene naturaliter potest. §. 98. 84.  
Ne scepticismo medico intempestiuo aut in-  
credulitate medicamen respuens fiat auto-  
chir sine necessitate. §. 252.

§. 466.

Morbum aut mors sequitur, aut redux  
sanitas, REUALESCENTIA (a). Reualescens  
sanitatem, nunc gustato opposito clarius  
intuendam, deo potissimum acceptam ferat,  
§. 79, nec ingratius erga cauſas secundas,  
§. 331, erga cauſas morbi morales, §. 463, o-  
diūm poenitentiale constans exerceat, §. 430.  
et quicquid est vitae vigorisque reliquum,  
omne consecret diuinae gloriae. §. 67.

(a) die Genesung.

U

§. 467.

## §. 467.

Ipsa senectus morbus est, §. 451, ubi de crepita fuerit, §. 253, et dantur etiam alii, quos mox sequuturam mortem moraliter certis constat praesagiis, quibusque labo rans **CANDIDATUS MORTIS** (a) est, cui mors propinqua praesagienda, §. 163. Quatenus nobis omnibus ingrediendum iter hoc tenebriōsum, obligamur omnes ad meditationem mortis et sequiturorum, §. 162, quo quis tamen huic catarrhaetiae propiorem se praesentit, hoc magis est pro spicienda, §. 186.

(a) zum Tode reif.

## §. 468.

**Candidatus mortis** ne vitae auarus mor tem refugiat, §. 257, omnibus ipsius viri bus ineuitabilem, §. 236. 1) nunc potissimum vanam et atram huius vitae faciem obuerat sibi pro virili, §. 230, cum cater ua malorum imminentium, quibus mors subducere poterit hilarem, §. 74. Habes exemplum materialis in contingentibus malis boni, quum huius incommoda vitae mortis horrorem minuant, M. §. 686. Male et hinc erit illi, qui ventri obediens ex mediis vnicis, quae agnouit, bonis rapi tur, §. 251. 2) de finibus huius vitae, sicut

de-

decer, obtentis sibi gratuletur, §. 252. Quod  
ut possit, expedienda quam citoſſime hanc  
vitam ſpectantia ſi qua ſupersint, quorum  
ſimil paret cauenda procrastinatio ordinan-  
dorum ante, quam ultima vocat hora, §.  
432.

## §. 469.

Horrores mortis poena ſatis naturalis  
erunt, eius candidato, qui fines huius vi-  
tae primarios tantum abeft ut conſequen-  
tus fit, vt vix cogitarit, §. 468. M. §. 908.  
Vitae ſatietaſ, ſine prodigalitate, §. 257,  
aut irrationali contemtu vel indifferentia  
erga eandem, mori ſatis iuuat, §. 257, eum,  
qui 3) non vanis praefagiis ſibi mortis tor-  
menta fingit, ante quam ſentiat, §. 216,  
4) in melioris vitae yberrimo, grauifſimo,  
clariffimo, certiffimo et ardentiffimo, qui  
potest in hac vita, conquiescit intuitu, M.  
§. 657. 598.

## §. 470.

Vltimum praecipuum artis bene mori-  
endi ſubſidium, §. 469, quum naturaliter  
obtineri nequeat, niſi omni vita hac tam  
bene immo ſancte transacta, M. §. 828,  
vt non habeat moriturus, quae vereatur  
a iuſtitia punitiva ſumma, M. §. 910, religio-  
nis cultor, dum vixit, quem poſtular, §. II-  
149, peccatorem hic vriue religionis ſuper-  
naturalis oportet eſſe memorem, §. 28,

U 2

CAPUT

**CAPUT III.****OFFICIA SPECIALIA RESPE.  
CTU STATUS EXTERNI.****SECTIO I.****OFFICIA VITAE COMMODAE ET  
INCOMMODAE,****§. 471.**

**V**ita commoda quum ex commoditatum vitae copia, nullis aut paucioribus incommodis vitae comitantibus, enascatur, §. 278, otium, §. 267, quies, §. 281, opes, §. 285, externaeque deliciae constituent eius genesis, §. 290, in homine sani sic satis vegetique corporis, mediocriter saltim honoreato, mediocriter amato. Harum partium constitutiarum mira proportione mire etiam variari et gradualiter differre potest vita commoda. Sed incommoda vel unius totali defectu potest oriri, in qua scilicet, saltim ad tempus, per corpus vel statum externum difficilius redditur voluptatis praedominium. §. 278.

**§. 472.**

**Quum multo plura requirantur ad vitam  
com-**

commodam, quam ad incommodam, §.  
471, non potest non pluribus esse, vel ap-  
parere saltim incommoda vita, quam de-  
gunt. Quae si perperam confundatur cum vi-  
ta beata, M. §. 787, hinc illae querimoniae,  
quod bonis male, malis bene sit. Vita bea-  
ta potest esse admodum incommoda, et vi-  
ce versa. Vita commoda potest esse infe-  
licior, et vice versa. M. §. 787.

§. 473.

Vitam commodam pauper quaerens per  
solam quietem decipitur, opus enim est op-  
ibus, §. 471, ergo labore, §. 287. Dives ere-  
micola sola quiete, et opibus quaerens vi-  
tam commodam, decipitur; opus enim  
deliciis externis et iucundissima vitae com-  
moditate per conuersationem, §. 471, 378,  
vitam commodam quaerens in solis delici-  
is externis, non inuenit, dilapidantur enim  
opes eius fulcra. §. 471.

§. 474.

Vitam commodam labore quaerens im-  
modico, aut ignominiosis, aut odiosis pae-  
ne vniuersaliter remediis, non inuenit, im-  
pediendam vel languore, vel morbis, vel  
ignominia, vel odio publico exstantiori-  
bus, §. 471. Sunt ergo vitae commodae  
tutissima remedia coniungenda: ora, labo-  
ra, amicorum, sanitatis, famaeque studio-

sus temperanter. Hanc consequutus, ne se iam ideo beatum somniet, §. 472, 161, aut facillimum tarsan voluptatis praedominium tamēn murmurando impeditat. §. 228, 87.

### §. 475.

Vitam commodam consequutus acceptam ferat auctori primo, §. 74, gratus etiam caussis secundis animus, §. 306, fortunam ne sibi imputet arrogans, §. 172. animo potius masculo, §. 280, maioribus bonis constantem felicitatem hoc fernidius appetat, §. 13, 100, quo expeditior esse potest, ad eius prosequutionem, §. 471, non immemor, quam facilis tristior status huius sit catastrophe, §. 472, ita eam praeuideat, §. 163, ne ad incommoda vitae ingruentia delicatulus mollescat, §. 279, vel mortem saltim nimis acerbam aliquando sentiat, §. 468.

### §. 476.

Commodae vitae species quum sit otiosa (a), sat multum temporis nostri ab occupationibus ordinariis specialioris aliquius generis, ad quas obligaret, vacuum relinquens, §. 271, 267: hac gaudens caueat STATUM NIHIL AGENTIS (b), 1) qui omnium actionum cessatione se beandum somniaret, §. 267, 2) qui plerumque agit,

agit, nec potest dicere, quare, sine fine, cuius sibi conscius est, §. 268. 3) qui minutis tempus fallere solitus est, §. 270, 169. His enim significatibus nihil agendo, male ageret, §. 271, et peius agere disceret, §. 267.

(a) eine ruhige Lebensart, (b) faule Tage, ein Zustand in welchem man nichts thut.

### §. 477.

Vitam otiosam transigenti sine desidia, §. 269, 476, quicquid restat occupationum ordinariarum, ad quas in eius otio tamen adhuc aliquis obligatur, hoc solertius, quicquid restat laboris, §. 281, hoc laboriosius obeundum est, §. 282, si vel maxime ob alios, §. 375. Quod superest temporis, §. 270, dispensetur, §. 271, occupationibus, quae possunt, optimis, 269, otio comparatio, §. 267. e. g. lectioni, §. 403. Tempus etiam otii collocandum est optimo. §. 271. Vitam otiosam male collocans MALEFERIATUS (a) est. Talium terrae ponderum si damna perpenderis, habebis, cur gratuleris orbi potius, quam murmurando quaeraris, quando fere nil sine magno vita labore dedit mortalibus. §. 87.

(a) ein Taugenichts.

## §. 478.

Vitam incommodam degens 1) perpendat eius maiores gradus possibles, et semper habebit hilaritatis materiem, §. 74. 2) virae beatae intendat animum fortius, et non admodum viuide sentiet onera, sine hac intolerabilia, §. 280. 3) incommodorum, quibus premitur, rationes indager, §. 157. et plura deprehendet poenas naturales aut poenas saltim, quam quae purarentur temere res tantum considerantibus, M. §. 908, 910. Hinc incommodis vitae liberari qui cupid, fontes eorum, quos et quantum potest, obturet, M. §. 31.

## §. 479.

Vitam incommodam viuens 4) ne rae-  
diis apparentibus e. g. maiora ipsius mala  
sistentibus, quam sunt, aut falsa singenti-  
bus, aut inuidia, §. 329, difficilius sibi red-  
dat voluptatis praedominium, sic iam satis  
difficile, §. 228. 278. 5) pericula vitae com-  
modae cogiter, quae effugir, §. 230 6) com-  
modam aliorum vitam suam reddat  
per eorum amorem, §. 330, quod fieri pos-  
se docet experientia parentum in commo-  
da liberorum studantium, §. 305. 7) incom-  
modorum vitae bonum materiale, quam  
potest, optime sibi repraesenter. §. 280,  
396.

## §. 480.

## §. 480.

In bono vitae incommodae materiali, quod attendere tenerur ea laborans, §. 479, non ultimo erit habendum loco perpetuum fortitudinis et patientiae exercitium, et inde oriundum tandem phlegma morale significatu bono, §. 249, et maior voluptras ex vita olim commoda haurienda, M. §. 657, in qua labores acti iuuabunt, M. §. 658, ipsa mortis facilitatio, §. 468, cuius meditatio, quae decet, §. 469, certam praefstabat requisitam in vita incommoda 8) praeuisionem meliorum temporum, §. 231, quae multorum incommodorum fortiter et patienter latorum, etiam in hac vita, sunt praemium satis naturale, §. 471, ut laboriosa iuuentus saepe creet quietam se-necturem, M. §. 908.

## SECTIO II.

OFFICIA HONORATI NEGLECTI,  
CONTEMPTI.

## §. 481.

STATUS HONORIS (a) s. honoratioris erit, in quo tribuitur alicui notabilior honor; STATUS CONTEMPTUS (b), in quo notabiliter aliquis contemnitur. STATUS inter utrumque medius, in quo quis nec

U 5

nota.

notabiliter honoratur, nec notabiliter contemnitur, est status NEGLECTIONIS (c). Quo ergo plures, quo verius, quo clarius, quo certius, quo ardenterius, quo plures, quo maiores honorati perfectiones agnoscent, hoc maior est honoris status; hinc collige gradus in statu contemtus, M. §. 942.

- (a) ein Ehrenstand, (b) der Zustand der Verachtung, (c) der Zustand eines Menschen, welcher unbekant ist.

### §. 482.

Status honoris ne confundatur cum levissimo quoquis honore, vel honoris signo. Tertium probe obseruetur, quod inter statum honoratioris et contemtioris intercedit, ne non honoratus se contemni, non contemtus notabiliter se iam personam somniet honoratiorem. Quius leuissimus contemtus aut eius signum nondum sifit statum contemtus. Status honoris et contemtus simul esse potest in eodem subiecto respectu diuersorum iudicantium, licet alteruter semper sit maior, M. §. 272, nobis tamen dubio non nunquam superpondio, §. 487.

### §. 483.

Honoratior 1) ne arrogans sit, §. 272, tribu-

tribuens sibi honorem vel praesentem, vel praeteritum, vel futurum nunquam ipsi conuenientem, §. 721. qualis esset se putans a nemine negligi, aut supra contemptum omnem possibilem positum, §. 487, 482. quum omnis potius honoris, insignior vbi fieri coepit, contemtus, si vel maxime simulatus fuerit, esse comes incipiat, 2) ne arroganter maiorem aestumet honorem et maioris, quem vere tribuunt ipsi nonnulli, §. 482, 3) agnoscat, quantum etiam in honore dependeat a fortuna hono- rato non imputandum, §. 172, 4) honorem suum ex manu dei accipiat, §. 79, gratu- tus etiam caussis secundis, §. 306, 5) nun- quam verissimo licet honori suo tantum attendat, ut inde nobilioribus officiis sub- trahatur otium. §. 172.

### §. 484.

Honoratior ad imperfectiones suas mo- rales praesentes potius reflexurus, quam ad perfectiones, §. 167, in obseruatione honoris sui, quatenus ab ipso dependeret, miras eius limitationes probe notet, e. g. si plures eum honorauerint, quantum erit honoris vani? quantum ex obscurioribus rumoribus orti? quantum falsae persua- sionis? quantum in eodem sterilitatis? quae saepius aestimabuntur minutiae? a quam paucis notabuntur nobilissima? Si non

non nisi verior, clarior, certior, ardentior honor plurium et nobiliorum in honorando supponatur, quam erit ille paucorum?  
 §. 281. Prior infirmis, posterior paucis fundamentis nixus est, vterque transitarius, M. §. 662, licet inaequaliter, M. §. 272.

### §. 485.

Quum honor etiam in aequali gradu durare non possit, M. §. 550, non datur status honoris subsistentis, vel crescer, vel decrecer, §. 481. Hinc honoratior aut incrementa famae, dum viuit, notabiliora gaudet aut decrementa patietur, FAMAE SUAE SUPERSTES (a). Ultimum caendum, quantum potest, §. 293, ergo quaerendum prius, ita, ut unicam sibi reliquit verae laudis augendae viam, recte agere, perpetuet honoratior, §. 294, ex ipso, quem iam consequutus est, honore motiuia desumens, §. 21.

(a) wer seine eigene Ehre überlebt,

### §. 486.

Nec in honore, nec in contentu praefertim notabiliori, datur saltus absolutus, M. §. 386, respectius tamen, ut in honore possibilis, ita multo facilior in contentu catarrhacta, repentinus descensus, hoc notabilius, quo maior fuerat honor, ob-

pro-

pronitatem hominum ad iudicandum de aliis significatu malo, §. 358. **HONOR SOLIDUS** (a) est, ex quo in neglectionem vel contemptum impossibilior hypothetice est transirus. Philotimia modesta solidum honorem appetens, §. 296, 485, non statum solum honoris omnino vani non curat, sed et eum, cui multum admixtum est vaniratis parum appetet. §. 294. Licer ergo nec: nolis honorari nisi ab honoratis, nec: velis vituperari a vituperio dignis, verae sint regulae, §. 295, 484: quatenus tamen honoratorum honor actius solidior est, malis ab honoratis honorari.

(a) eine begründete Ehre.

### §. 487.

Repentinus honor, in cuius statum quasi per saltum aliquis eleuiatur, quem parum adhuc soliditatis habeat, §. 486, modestus eum consolidari a se posse desperans, declinabit, §. 485, in eo constitutus confirmare eundem quotidie laborabit, §. 484, licer hoc agendo videatur aliquibus subsistere velle, §. 486. Hinc patet non optimo sibi consulere, qui tanto hiatu famae inhiant, satis alioquin rectis actionibus, ut exhaustis viribus et sanitate, nisi vita omnino, post primum fulgorem fumum aut nihil dare cogantur. §. 296.

### §. 488.

## §. 488.

Honoratior solidissimum etiam, quem potest, honorem consequitus, qualem communiter attendimus inter homines, disquirat de vnico verissimo, clarissimo, ardentiissimo honore, cuius capax est, iudicio diuino de ipsius perfectionibus, §. 484, et habebit prasentius antidoton arrogantiae, §. 174, de qua deum non bene sentire certus esse potest, M. §. 879, ambitionis, §. 296, superbiae et fastus, §. 388. Tanti se aestumans, quanti a deo aestimatur, habebit honoratior etiam, de quo ipsum pudeat, M. §. 687, sed etiam, quo pectus muniat erga praevidentes, minus meritos forsitan, contemnus. §. 163.

## §. 489.

In statu neglectionis, gaudebis minus, et minus dolebis, quam in statu honoris et contemptus, §. 487, neque ideo summum in eo bonum quaerendum est, §. 229. Si defecetus honoris passiui exstantioris in illo statu constitutum dolet, cogitet nec contemtum exstantem esse, §. 230, qui vix cadit, nisi in eum, qui iam ex neglectis emerget. §. 485, 483. Cui temperanter videtur tentanda via, quia se quoque possit tollere humo, §. 293, caueat sectari minutias in honore, §. 196, in hoc etiam MAGNAN-

MIS

•884

MIS (a), habitu magna proportionate appetendi pollens, §. 235, *ex fumo dare lucem cogitet*, quas finibus suis consequendis informauit secum machinas non nisi iustissimo reuelans tempore, §. 339.

(a) grossmuthig.

§. 490.

Statu contemptus, vel est meriti, vel vani, §. 294. Contemptus meritus neutquam ferendus est indolenter, neque tamen molliter adeo, ut ad fontes eius claudendos nihil restet attentionis et virium, §. 249. Vanus contemptus contemptum meretur, §. 295. non tamen eum facile externum, multo minus vanum iure retorsionis, quod videtur, utentem, §. 387. Nonne ridiculum est, verum honorem suum, quem alter vano contemptu demere videtur, recuperare vano alterius contemptu i. e. actione per concessa merente contemptum verum? §. 384.

SECTIO III.

OFFICIA AMICORVM ET DESTITUTI  
TI AB AMICIS.

§. 491.

AMICITIA SPECIALIS (a) philanthro-  
piae

piae gradus, quantum omnibus exhibere hominibus non obligaris. Hinc pater amicitiam specialem etiam esse vel actiuam vel mutuam, §. 312, vel EXTERNAM (b), non simulatam tantum, sed et veram et efficacem, licet minus ex fauore pendentem, vel INTERNAM (c), non veram solum, sed et ex fauore potissimum pendentem. Haec ubi fuerit mutua est AMICITIA SPECIALIOR (d).

- (a) gute Freundschaft, Freundschaft schlecht-  
hin genommen, (b) die aeusserliche,  
(c) die innerliche, (d) die gegenseiti-  
ge gute Freundschaft.

### S. 492.

Amici, specialiores etiam, vni perfe-  
ctioni in amato semper solent plus faue-  
re, quam reliquis, et ab hac non male no-  
minantur. Sic concipiuntur amici crume-  
nae, §. 285, laboris, §. 287, deliciarum ex-  
ternarum, §. 290, iucundae conuersatio-  
nis, mensae, vitrorum, formae corporis,  
§. 264. ingenii latius dicti, et CORDIS (a),  
qui indoli amati potissimum fauent, actui,  
immo passui etiam, et mutui, §. 491. Sunt  
amici generales veri, simul simulati, §. 313.  
In generalibus veris, simul speciales veri,  
sunt simulati, §. 491. In specialibus veris  
sunt specialiores veri, sunt simulati. §. 491.  
In specialioribus veris sunt amici cordis  
veri,

veri, simul simulati. Amici cordis speci-  
aliores veri si qui sunt, vel vterque veram  
ex alterius indole vcluptatem haurit, vel  
alter veram, alter apparentem. Amicitia  
cordis specialior sine fallaciis poscit ami-  
cos virtuosos. 433.

(a) ein Hertzensfreund.

§. 493.

AMICUS PERFECTUS SPECIALIS (a)  
actius foret, cuius omnes actiones erga  
amicum eius passuum consentirent ad ma-  
iores eius perfectiones praestandas, quam  
quas praestare philanthropia vniuersalis  
poscit. Nam vero peccator nec has qui-  
dem tantum praestare potest quantum in-  
nocens posset. M. §. 909. Ergo in omni  
amico a peccatis non immuni, non imper-  
fectiones solum, sed et imperfectiones  
amicitiae deprehendentur. Nec virtu-  
osus quidem amicus cordis perfectus erit.

§. 492.

(a) ein vollkommen guter Freund.

§. 494.

Mutato et intereunte eo, cui in amico  
passiu praecipue fauebat actius speciali-

X or

or internus, interibit etiam aut mutabitur amicitia, §. 409. Hinc quo citius illud mutari vel interire solet, hoc inconstanter est amicitia eo praecipue fundata. Iam nihil horum in his terris prorsus immutabile, ergo omnis etiam amicitia interna specialior mutabilis est, non tamen aequaliter. Sicut enim in virtuosis amicis cordis minimum imperfectionis amicitiam maculat, §. 493, ita iis praesertim confirmatis in bono, §. 445, firmabitur inter eos **amicitia comparatiue constantissima**, M. §. 662. Ne transitoria amicitia confundatur cum falsa, §. 492.

**§. 495.**

Quia philanthropia fauorque erga homines postulatur a nobis proportionalissimus, qui potest, §. 305, 307, obstringimur ad amicitiam specialem activam erga alios, §. 491, in horum perfectionibus eadem proportionalitas poscit, ut indolem eorum vel praesentem, vel sperandam, ut potissimum perfectionem plurimam fauoris nostri rationem constituamus. §. 354. Ergo amicorum nostrorum specialium simus amici cordis, §. 492, nec tamen ideo prorsus excluditur fauor reliquarum etiam perfectionum minorum, qui potius faciliter suadetur. §. 21.

**§. 496.**

## §. 496.

Ne sis amicus actius vel mutuus specialis externus tantum, sed et internus et specialior fieri labora, §. 491, nec formae quidem, vel ingenii tantum, multo minus maiorum minutiarum, §. 492, 495. Passiuus autem, quantum potes, lubenter esto propter haec et minoria, §. 299, libentissime tamen amicus cordis, hinc mutuus, §. 495. Quod ut possis optima ratione virtuosus cum proposito perseverantiae virtuosum paris decreti circumspice, §. 492, 494, quicum vniaris, merens preces, §. 93, et gratias collatum coelitus beneficium. §. 79.

## §. 497.

Quum amicitia cordis specialior non sit omnino in potestate tua posita, §. 492, 312, eadem gaudens numquam eam tibi soli impunes, §. 172, quo nobiliori ex motu amicus mutuus agit, hoc plures meretur gratias, §. 306. Ut alteri facilitetur ipsius amor actius, ad quod amicorum alter obligatur, §. 21, 364, praeter indolem sista, tur ipsi etiam amabile, quicquid fauorem posset excitare, licet non aedeset amicitia cordis, e. g., ingenium, consuetudo.) Amica συνανθεσις και συγκαταθεσις, conde-

X 2

scen.

scendentia et coadscendentia, habitus certam rem ideo certis saltim in circumstantiis vel minoris vel maioris aestumandi quia eam vel minoris vel maioris amicus aestumat. §. 492. Amicus cordis specialior errat, ubi dispensatum se ab officiis facilitatis et humanitatis putauerit, §. 382. 309. licet alter magis obligetur ad cauendam erga ipsum sensibilitatem, quam erga alios. §. 491, 321.

## §. 498.

Amicus cordis specialior erga amicum mutuum magis, quam erga non amicos speciales, et specialiores omnes, qui non sunt amici cordis, obseruabit officia, §. 304. 390, et cauebit opposita singulis; hinc et suam indolem, ut placeat hoc magis amico, semper emendare conabitur, vnde concipitur in amicitia cordis virtuosorum laudabilis aemulatio, §. 329, e. b. g. qua lenitatem, §. 327, ex qua prout corollarium bona FAMILIARITAS (a), amicitiae gradus mutuae, quo non cauendae sunt omnes minutiae in officiis erga alterum, ut eius amicitiam actiuam sublatura.

(a) vertraulichere gute Freundschaft.

## §. 499.

## §. 499.

Amicis destitutus vel eos perdidit, vel nunquam habuit, vel amicis tantum cordis destituitur, vel aliis etiam. Qui per longius iam tempus non acquisiuit ullum amicum, multo minus amicum cordis, habet humilitatis materiem, §. 168, siue non habeat amicos actiuos, parum enim amabilem se satis prona concludet consequentia, siue nec pauciuos quidem, tunc enim debitum sibi fauorem erga alios proportionalem deesse agnoscer, §. 307. Ne tamen semetipsum decipiatur, qui se amicis destitutum iudicat, vbi non habet, qui praestant, qualia sibi fingit ab amicis praestanda, §. 161. Vere destitutus, praesertim quem reliquerunt, quos iam habuit, ne indolenter ferat rem ipsi pessinam, §. 249, sed fontes eius, ut claudere possit, indaget. §. 157.

## §. 500.

Tam in statu amicitiae specialis constitutus, quam ab amicis destitutus, amicos ille praesentes, hic futuros rite diiudicet, §. 349 - 360, idque magis, quam alios, §. 49, cuiilibet eam suam faciem obvertere sciat, quae illi maxime placet, §. 236, quemlibet iis vsibus destiner, quibus sufficit,

ficit, §. 225, omnes cordatus amet, §. 340,  
hinc p[ro]ae aliis ob indolem meritos, ami-  
c[us] eorum specialis, et is quidem amicus  
cordis, §. 492. Tunc enim, ubi nonnum-  
quam amicitia mutua specialior obtineri  
non potest, amasse etiam est non ra-  
ro sapienti sat. §. 236.

---

Erratum, p. 62, §. III, lin. II, loco myopi  
lege myopi.



IN-



# INDEX.

- A** bnegatio, §. 238. 240  
  dei                         123  
  spuria                     241  
  sui ipsius                239. 262  
**Absolutismus**           39  
**Abstinentia**              249  
**Abstractionis et attentio-**  
  nis dominus               222  
**Abusus nominis diuini**  
                              125  
**Acceptum ferre alicui** 79  
**Acedia**                   107  
**Acquiescentia in se ipso**  
                              73. 191  
**Acquiescere in aliquo** 75  
**Actiones harmonicae in**  
  corpo                     253  
  humanae externae  
                              110. 111  
  impiæ                    25  
  morales                  67  
  piae                     22  
  religiosæ latius di-  
    ctæ                     22  
  religiosæ strictius  
    dictæ                   149  
**Acumen**                  210. 212  
**Adeisidaemon**           105  
**Adolescentia**           451. 456  
**Adorare**                  87  
**Aduersaria**              213
- Adulator**                352. 382  
**Adulterium, duplex, sim-**  
  plex                     275  
**Aedificatio**             69  
**Aegrotus**                463. 465  
**Aemulatio**               329  
**Aestimator sui**         168  
**Aequitas externa et in-**  
  terna                     318. 319  
**Aequiuocationes mora-**  
  les                       345  
**Aetas virilis**            451  
**Affabilitas**             379  
**Affectatio**               336  
**Affectus**                71. 244. 245  
**Agilitas corporis**       256  
**Alacritas pietatis**       101  
**Aliena**                   328  
**Allotrioepiscopia**       361  
**Ambiguitatis gradus** 144  
**Ambitio**                  296  
**Ambulare in luce**       444  
**Amicitia cordis specia-**  
  lior                      497. 498. 500  
    in speciali constitu-  
      tus                     500  
    interna mutua         312.  
    interna                 494  
    specialis               494. 495  
    Ami-

# INDEX.

- |                                   |                                 |           |
|-----------------------------------|---------------------------------|-----------|
| <b>Amicitia specialis, exter-</b> | <b>Amor spirituum</b>           | 303       |
| na, interna                       | vicinorum                       | 305       |
| specialior                        | veritatis                       | 127, 422  |
| vniuersalis s. gene-              | vitae in cognitione             |           |
| ralis                             |                                 | 429       |
| <b>Amictus</b>                    | <b>Amplificatio gloriae di-</b> |           |
| <b>Amicus actius, passiuus</b>    | uinae                           | 30        |
|                                   | <b>Analogon rationis</b>        | 43        |
| cordis                            | <b>Anima legis</b>              | 179       |
| externus                          | <b>Animus abiectus</b>          | 173, 174, |
| internus                          |                                 | 188, 357  |
| internus mutuus                   | deo non plenarie                |           |
|                                   | deditus                         | 107       |
| iis destitutus                    | delicatulus                     | 279       |
|                                   | desultorius                     | 283       |
| mutuus specialis ex-              | discinctus                      | 279       |
| ternus                            | essoeminatus                    | 279       |
| perfectus specialis               | frigidus erga alios             |           |
|                                   |                                 | 311       |
| specialior                        | gradus                          | 79, 86    |
| <b>Amor</b>                       | sui rerumque sua-               |           |
| aliorum                           | rur incurius                    | 197       |
| amabilium extra                   | masculus                        | 279, 280  |
| nos positorum                     | mitis                           | 324, 326  |
|                                   | condonat                        | 326       |
| coecus                            | defendit                        | 324       |
| creatuae                          | praeuenit                       | 324       |
| dei                               | sophisticus                     | 35        |
| erectae indolis libe-             | <b>Anthropodulia</b>            | 91        |
| ralium                            | <b>Anthropognosia moralis</b>   |           |
| firmitatis et funda-              |                                 | 348       |
| menti                             | <b>Anthropophobia</b>           | 89        |
| lucis                             | Anxius                          | 418       |
| oculatus                          | Apathia                         | 244       |
| ordinatus                         | Apostasia                       | 131       |
| sui ipsius                        | Appetitio optimi cogni-         |           |
|                                   | ti                              | 297       |
|                                   | <b>Ap-</b>                      |           |

# INDEX.

- A**pplicatio legum mora-  
lium ad facta aliena  
lium 358
- A**rdelio 366
- A**rrogans 171, 172, 188.  
357-359
- A**rrogantia 171, 172, 357
- A**ssentator 386
- A**theismus practicus 105
- A**uaritia huius vitae 251.  
287
- A**uditio errorum 117  
veritatum 112, 113
- A**nsteritas morum 382
- A**utagenea lepida 277
- A**utochiria 252
- A**xilium 364, 374, 387
- B**,
- B**el-esprit 211
- B**ellum 319-323
- B**eneficium verum in  
amatum 330
- B**landitiae 382
- B**lasphemia 123
- B**ona in collisione 232  
233
- aliorum ipsis gratu-  
lari 330
- C**.
- C**alumnia 293
- vana 295
- C**andidatus mortis 466.  
468, 470
- C**andor 310, 339
- C**anticum sacrum 139
- C**astitas, externa, interna  
273-274
- C**autio 290
- C**ensura viarum domini  
81
- C**eremoniae 140  
sacrae 140-143 145
- C**superstitiones 142  
143
- C**ertitudo moralis 56  
staruum futurorum  
moralium 186
- C**hilus 259
- C**hrematistica 286-288
- C**iuilitas 310, 337, 342.  
374
- C**ognitio dei diuinorum-  
que 31, 32, 40, 41, 43.  
54, 66, 70
- gloriae diuinae 54.  
66
- plurium ex pluri-  
mis 224
- sui 155, 157, 161.  
185
- symbolica 68
- C**omitas 310, 337
- C**ommiseratio 333
- C**ommoditates vitae 278  
288, 375
- C**omplaisance 299
- C**oncoctio 259
- C**oncubitus extra matri-  
monium 273, 175
- C**onfessio dei 119  
expressa, tacita 119
- X 5 in

# INDEX.

- C**ontra in eius statum deduci 123  
**C**onfirmatus 447  
**C**onfusio diuinorum et vere molestorum 53  
 eius fuga 35  
**C**oniuix 372  
**C**onnubium rationis, experientiae et fidei in diuinis 55. 185  
**C**onscientia 175. 177. 180.  
 182. 184. 190. 192  
 antecedens 182  
 approbans 183  
 boni 184  
 eius casus 190  
 certa 189. 190. 192  
 completa 191  
 concomitans 182  
 consequens 181  
 dissuaders 184. 190.  
 dubia 189. 190. 193  
 erronea 177. 178. 183  
 192  
 improbabilis 189  
 improbans 183  
 incerta 189  
 incompleta 191  
 instrinctior 176  
 latrans 184  
 leuis 176  
 mali 184. 190. 430  
 micrologica 176  
 eius morsus 184  
 naturalis 180  
 nimis angusta 183  
**C**onscientia nimis laxa 183  
 contra eam peccans 192. 193  
 practica 191  
 probabilis 189. 192  
 proportionalis 176  
 recta 177. 179. 183  
 rudior 176  
 suadens 184. 190  
 theoretica 191  
**C**onscientiositas 193  
**C**onsideratus et circumspectus 246  
**C**onstantia religionis 100  
**C**ontemtus 293. 486  
 externus 293  
 in foro externo 293  
 internus 293  
 meritus 490  
 vanus 295. 490  
 verus 295  
**C**ontentum esse 75  
**C**ontinentia 249  
**C**onuersabilis 378  
**C**onuersatio 146. 378. 379  
**C**onuersio 433  
**C**ontrictio 448  
**C**ordatus 340. 341  
**C**orporis forma 264  
 perfectio materialis  
 et formalis 250  
 vita 251  
**C**orrectio aliorum 363  
**C**orrigere 97  
**C**rimina carnis 275  
**C**rimi-

# INDEX.

- Crimina carnis contra**  
 naturam 275  
 naturalia 275  
**Criticus** 219  
**Crudelitas** 334  
**Cultus dei** 100  
 externus 110  
**Crypticus et manifestus**  
                   III  
**Curae** 197, 254  
**Cura aliorum** 361  
 sui 197, 199, 200  
**Curans abstractionis, voluptatis et taedii perfectionem** 222, 227, 228  
                   234  
 facultatem signatricem 217  
 sine curis 198, 199  
**Curare** 197  
**Curiositas theologica nimia** 36  
**Cynicismus practicus** 383
- D.**  
**Diemonophobia** 395  
**Dannum, externum, internum** 320  
 alteri inferre in consequentiam veniens 320  
**Decentia** 380, 381, 383  
**Decipere alios** 342  
**Decisio aliorum** 351  
**Decorum latius et strictius sumptum** 380  
**Defectus strictly dicti** 170
- studii emendationis**  
                   197  
**Deismus** 38  
**Delectatio diuinorum et dei** 46, 47  
**Deliciae externae** 290-  
                   291  
 innocentes 290, 292  
**Demonstrationes** 57-59.  
                   62  
**Deprecatio** 94  
**Deses** 269, 282  
**Desperatio** 83  
**Determinari per instinctus et fugas naturales**  
                   243  
**Determinationes liberae**  
                   175  
**Dexteritas** 253  
**Diaria** 160  
**Diaeta** 254, 271  
**Diaeterica** 254  
**Dissidentia erga aliquem**  
                   82  
**Diiudicantes male** 352  
**Diiudicatio aliorum** 352,  
                   359, 360  
**Dippelianismus** 39  
**Disciplina** 404, 423  
 corporis 262  
 minima 409  
 practica 425  
**Dispensatio temporis** 271  
**Dissimulator** 346  
**Dives** 283, 286  
**Docens diuina** 129, 132  
**Dominium sui** 200, 245  
**Durus** 441
- E.**

# INDEX.

<b>E</b> brietas	260	<b>a</b> cerbis	6
<b>E</b> cclipsis iudicij	220	blandiens	5
<b>E</b> ducatio	453	chimaerica	7
<b>E</b> genus	285. 377	deceptrix	7. 262
<b>E</b> goistus moralis	300	267. 276. 415	
<b>E</b> igenmütig nicht seyn	195	<b>I</b> axa	4
<b>E</b> leemosynae	375	morosa	6
<b>E</b> mendare	197. 202. 209. 213. 216. 218. 367	philosophica	2. 3. 7.
<b>E</b> mpathia	244	9. 58. 316	
<b>E</b> nthusiasmus	39	<b>e</b> ius principium	10
<b>E</b> picureismus	39	rigida	4
<b>E</b> poche theologica	36	rigoristica	6
<b>E</b> rudita	422	secura	4
<b>E</b> rroR	33. 35. 38. 39	retrica	6
sui ipsius	156. 161	tristis	6
<b>E</b> ruditio	404. 425	<b>E</b> xauditio	95
eius extensio	414. 415	<b>E</b> xcessus	170
eius intensio	414. 416	<b>E</b> xculpare	322
minima	409. 413	<b>E</b> xcusare	322
maior	421	<b>E</b> xemplum aliis praeire	
eius perfectio	414	pium aliis praeire	133
eius vastitas	414. 416	<b>E</b> xercitium acuminis	210
<b>E</b> ruditus	404. 406. 407. 410. 413. 417-425	attentionis	228
crescens	410	pereminentiam	256
decrescens	410	exspectationis casu-	
solide	424	um similium	216
subsistens	410	ingenii	209
superficiarie	424	iudicij	220
titularis	404	praefigitionis	216
vere talis	404	praeuisionis	215
ymbraticus	407	senuum	203
<b>E</b> sprit de bagatelle	196	<b>E</b> xercitium subactae	
brillant	211	phantasiae	205
<b>E</b> thica	1. 7. 94	telesticum	262
		<b>E</b> x-	

# INDEX,

- E**xspectatio casuum simili-  
 um 46  
**E**xperientia diuinorum  
 44. 55. 57. 58. 63  
**E**xploratio sui 157  
**E**xtorsio boni a deo 27  
  
**F.**  
**F**aber fortunae 364  
**F**acultas animae 43  
 appetitiva 235. 236  
 architectonica 214  
 fingendi 214  
 signatrix 217. 218  
**F**acultates 285. 297  
**F**allax 342  
**F**allere alios 342  
**F**alsoiloquium 343. 345  
 logicum 343  
 morale 343  
**F**amae suae superficies 485  
**F**amiliaritas 498  
**F**anaticismus 39  
**F**astus 388  
**F**atalismus 38  
**F**auor vniuersalis erga  
 homines 307  
**F**aux-brillans 218  
**F**erocia 208  
**F**ervor religionis 100  
**F**estivitas 310. 342  
**F**ictiones heuristicae 214  
**F**idelitas 104  
**F**ides externa, interna  
 347  
 in diuinis 55. 57. 64
- F**iducia carnalis 83  
 pigra 287 85  
**F**orma corporis 264. 265  
**F**ornicatio 275  
**F**ortitudo 249  
**F**ortuna 233  
 aliorum 355  
**F**rigalitas 289  
 modesta 289  
**F**ugae naturales 242. 243  
**F**undus animae 49
- G.**
- G**arrulitas 341  
**G**audium 71  
 dei 71  
 perfectionum sua-  
 rum 191. 196  
**G**enerofras 304  
**G**enus vitae 267. 283  
**G**loria dei 30. 32. 33  
**G**önne einem jeden das Sei-  
 ne, was ihm Gott gön-  
 net 330  
**G**ratiarum actio 137  
**G**ratias habere 79  
 referre 137. 331  
**G**ratitudo 306  
**G**ubernatio dei 276  
**G**ulositas 261
- H.**
- H**abeminem pro ti-  
 bi inuidente 329  
**H**abitatio 297  
**H**abitus 297. 413  
 naturalis affectato  
 oppositus 337  
 sym-

# INDEX.

- symbolicus affectus 178  
 tus 178 937  
**Haereticopoeia** 127, 128  
**Hariolus male sanus futurorum** obvius 215  
**Heterodoxi certo tales**  
 illius 114  
**Heterodoxia** artifici 127  
 illi suspecti 114, 127  
**Hilaritas deo consecranda** 74  
**Historiae sacrae** 57  
**Homo apertus** 939  
 bliteus 323  
 sine conscientia 193  
 deflorescit 158 452  
 efflorescit 452  
 floret 452, 458  
 semet ipsum impe-  
 diens 256  
 insinuans 381  
 liuidus 328  
 moraliter dormit  
 159  
 morsaliter euigilat  
 159  
 nasutus 350  
 sensibilis 128  
**Honestas externa** 917  
 interna latius 300  
 interna latius ethica 300  
 Interna strictius 300  
 Interna strictius ethica 300  
**Honor** 87, 293, 296, 387,  
 389, 486, 487
- meritus 151, 152 194  
 solidus 151 486  
 vanus 294, 295  
**Honoratior** 483, 485, 488  
**Hostis demonstrationis**  
 est inad 62  
**Humanitas** 309, 410, 438,  
 342, 374, 389  
**Humilis** 168, 187  
**Humilitas** 168, 357, 399  
 incompleta particula-  
 ris 169  
 completa vniuersalis  
**Hymni** 139
- I.
- Idololatria** 87  
 Idololatrifica philan-  
 tia 84  
 fiducia 83  
 anthropophobia 89  
 anthropodulia 93  
**Idolum** 87, 106  
 Iejunium, partiale et co-  
 tale 263  
**Ignorantia** 36, 422  
 iuris et legis 179  
 sui 155  
 vincibilis 33, 36  
**Illuminatio, moralis** 443  
**Imaginatio diuinorum**  
 45  
 Fraena 207  
**Imitatio dei** 92, 296  
**Imitator significatus**  
 10  
 immi-

# INDEX.

- I**mmisericordia 332, 333  
 Impartialis 318  
 Impeditio nullius in religione 126  
 Imperfictio 152, 168, 167  
     186, 188, 202  
 Imperfictio contingens  
     corporis 250  
 Impietas  
     eminenter dicta 105  
 Impossibilia non appetenda 36  
 Impudicitia 274  
 Impuritas, externa, interna 274  
 Imputatio stricta 358  
 Incestus 275  
 Incivilitas 337  
 Incolumentas 253  
 Incommoda 278  
 Incommoda vita 278  
 Inconceptibilia diuinorum 51  
 Inconstantia in pietate 107  
 Incredulitas 65  
 Incuriositas futurorum 97  
 Indifferens erga pauca 226  
 Indifferentia diuinorum  
     34, 53, 60, 233  
     circa furura 97  
     demonstrationis 62  
     erga mortem 252  
     frigida erga homines 218  
     totalis moralis 267  
 Indifferentismus 39  
 Indicus 282  
 Indolentia 349  
 Indoles abiecta, erecta 248  
 Induratus 441  
 Inertia 269  
 Ineruditus 405, 406, 408  
 Infans 453  
 Infidelitas in pietate 109  
 Infirmitas corporis 255  
 Infortunium aliorum 355  
 Ingenium 208, 209, 393  
     304, 411-413, 416  
     historicum 417  
     mathematicum 417  
     philosophicum 417  
     politicum 403, 406  
     rude 403  
 Ingratitudo qualificata  
     externe et interne 331  
 Inhumanitas 335, 337  
 Inimicitia externa 315  
     interna 313  
     interna mutua 313  
 Inimicus interitus 313, 314  
     internus passiuus 314  
 Iniquitas externa, interna 318  
 Injustitia externa, interna 317  
 Innocentia 319, 320, 374  
     externa latius et  
     strictius dicta 319  
     interna 319, 320  
     III.

# INDEX.

- I**nobedientia erga deum 91  
 Inofficiositas 366  
 Insensibilitas 323  
 Insinceritas pieratis 107  
 Instinctus naturales 242,  
     243  
 Integritas pietatis 101  
 Intellectus 182, 222, 224  
     eius cultura, usus in  
         diuinis 42  
     eius usus neglectus  
         in diuinis 52  
 Intemperantia 249  
 Intercesio pro alio 94  
 Intrepiditas impia 89  
 Intuitus perfectionum  
     diuinarum 46  
 Imuidia bis peccat 328  
 Imuocatio dei 93  
 Irrationalismus 52  
 Irreuerentia simulata er-  
     ga deum 138  
 Irrisio 390  
 Iudicare alios significatu  
     malorum 358, 359  
 Iudicium 219, 220, 349  
     amicum 349, 360  
     amore vacuum 349  
     de aliis 349, 350, 353,  
         354  
     eius dominus 220  
     odiosum 349  
 Ius 317, 318  
     naturae 91  
 Iusiurandum 147  
     vacuum 147, 148  
 Iusti studiosus 318  
 Iustitia 317  
     externa, interna 317  
     particularis, uniter-  
         falis 317  
 Iustum fui aestimatum 168  
 Iustus externe et interne  
     sui estimator 168  
         187, 198  
 Iuuenis 455, 457  
 Iuuentus 455  
  
**L**abor 281, 284, 379  
     de pane lucrando 284  
 Laboriositas 282  
     temperata 282  
 Laesio hominis 316  
     interna 316  
 Laus 137  
     merita 294  
     vana 294, 295  
 Languor corporis 255  
 Lasciuia 274  
 Lectio scriptorum aedi-  
     ficantium 112  
     veritatum 112  
 Legendae 64  
 Legum Studiosus 179, 358  
 Leuitas 327  
 Leuitas animi 384  
 Liberalia 248  
 Liberalitas 375, 376  
     tempestiva 377  
 Libertas 247, 248  
 Libido 272  
 Littera

# INDEX.

- Littera** 69  
**Liaor** 328  
**Locuples** 285, 375  
**Logica ad gloriam dei**  
 faciens 58  
**Loquacitas** 341  
**Loquentia** 341  
**Luxuria** 289  
  
**M.**  
**M**agia, alba, pneuma-  
 tica 393  
 nigra 394  
**Magnanimis** 489  
**Magnificentia** 297, 375  
**Maiestas gloriae diuinae** 38  
**Maior** infringitur: quic-  
 quid ego non compre-  
 hendo, non existit 156  
**Mala in collisione** 232, 233  
**Maledicentia** 333  
**Male feriatus** 477  
**Malevolentia** 333, 334  
**Malignitas** 333, 363, 390  
**Manicheismus** 38  
**Mansuetudo** 323  
**Martyrium** 124  
**Matrimonium** 272  
**Maturitas iudicii** 220  
**Maximae** 246, 449  
**Mediator** 315, 322  
**Mediocritas moralis** 170  
**Meditatio mortis** 162  
**Memoria** 45, 212, 213  
**Memento dei** 45  
 mori 162  
  
**Mendacium** 344  
 externum et inter-  
 num 344, 352  
 iocosum necessita-  
 tis, et officiosum  
  
**Mens nostra** 149  
 sana 254  
 introrsum versa 276  
**Merita** 353, 354  
**Metaphysica ad gloriam**  
 dei faciens 58  
**Metriopathia** 244  
**Minorennis** naturalis  
  
**Misanthropia** 454  
 strictius dicta 313  
**Misericordia vniuersalis**  
 306, 332, 354  
**Modestia** 296, 377  
**Molesta vere num diuina**  
  
**Mollitiae animi** 249  
**Momus vniuersalis** 390  
**Morbus**  
 corporis 253  
 lethalis 257  
**Mores hominum arbitra-  
 rii et naturales** 140  
**Mors corporis**  
 immatura 252  
 philosophica 252  
**Mos** 140, 335, 382  
**Multiplicitas viarum** 108  
**Mundus optimus** 228, 302  
**Murmuratio contra de-**  
 um 81

Y

N.

# INDEX.

- N.  
**N**aturalismus stricte  
 dictus 65  
**N**ecessitates vitae 277.278  
 375  
**N**egligentia sui ipsius 300  
**N**egotia 267  
**N**omen diuinum inutili-  
 ter et in vanum adhi-  
 bere 125  
**N**on putaram 163  
**N**otiones crassae 35
- O.  
**O**bediens ventri 251  
 Obedientia vniuer-  
 sialis 90  
**O**bdormiens moraliter  
 159  
**O**bligare sibi alios late,  
 stricte,strictissime 381  
**O**bliuio diuinorum 53  
**O**bscurationes gloriae  
 diuinae 25.109  
**O**bscuritas in diuinis 49  
**O**ccupatio 267.168  
**O**dium poenitentiale 430  
 religiosum 368  
**O**fficia erga alia 301  
 erga animam 201.  
 202  
 deum 22.91  
 in quibus datur ex-  
 cessus et defectus  
 stricte dictus 170  
**O**fficia humanitatis 365
- erga se ipsum 150.  
 153. 155. 158.160-  
 162.191  
 vulgaris humanita-  
 tis 365  
**O**fficiositas 366  
**O**perosus 269  
**O**pes 285.287  
**O**ptare 93  
**O**pus operatum 115.142  
**O**rthodoxia 35  
**O**rthodoxus 114  
**O**scitantia in pietate 107  
**O**stentatores pietatis 121  
**O**tiani 267  
**O**titum 267.268.271  
 compararium 267
- P.  
**P**acificus 315  
 Paetum validum ex-  
 terne et interne 347  
**P**amphilia 302.303  
**P**arsimonia 289  
**P**artialitas 305  
**P**assio athletica  
 histrionica 256  
**P**athologus 245  
**P**atientia 249  
 iniuriarum mitis 325  
**P**auper 285.377  
**P**ax externa 315.319.321.  
 322  
**P**eccata erga animam 201  
 contra se ipsum 158  
**P**ecunia 285  
**P**eculator 402.426.431.  
 493  
**P**e-

# INDEX.

- Pedantismus 171  
 Pensum 270  
     nimis breve est 270  
     nimis longum est 270  
 Pensum quantum satis est 270  
 Perfectio animae strictius dicta 201  
     facultatum animae 202  
     status externi 276  
 Perfectiones 152. 166. 167.  
     186. 188. 359  
 Perficiens voluptatem et taedium 227  
 Pericula 257  
     morborum lethali-  
         um 257  
         sanitatis 257  
 Persona honesta 275  
 Personae solutae 275  
 Peripicacia 211  
 Petere aliquid ab aliquo 93  
 Petitio strictius dicta 94  
 Phantasia 205  
 Philanthropia 330. 332.  
     342. 348. 371  
     yniuersalis 304. 305.  
         309. 311  
 Philautia 191. 195  
     coeca 194  
     idololatrica 81  
     inordinata 194. 342  
     stolida est. stulta 194  
 Philosophia practica 91  
 Phlegma morale 249  
     significatu bono et malo 249  
 Philotimia 293. 299. 486  
 Pietas 22. 24. 101. 121  
     illus doctores 126  
     quem, illius pudet 121  
 Pigritia 282  
 Placabilitas 316  
 Placentia 80. 86. 382  
     minus 299  
 Pletora 261  
 Poena medicinalis 464  
 Πολυπραγμοσύνη impia  
     108. 283. 415  
     successiva 283  
 Polytheismus 38  
 Pompa 298  
 Porisma 425  
 Praedestinatianismus 39  
 Praedominium voluptatis 228. 229. 232  
 Praeoccupari 351  
 Praejudicium nimiae  
     confidentiae in crea-  
         turas 83. 97  
     nimiae dissidentiae  
         erga se ipsum 156  
 Praefagia sibi possibilia 163  
 Praefagitio 46. 216  
 Praefentia animi 225  
 Praeuilio 46. 215. 216  
     status futuri 162  
 Precari continuo 95  
 Pre-

# INDEX.

- P**reces battologicae 96.  
 cordis 136  
 94.98  
**P**reces extemporaneae 96. 99  
 externae 136  
 formulariae 96. 99.  
 139  
 internae 94  
 symbolicae 96. 99.  
 139  
**P**rincipium totius philosophiae practicæ 10  
 Ethics 10  
**P**robabilismus moralis 193  
**P**robabilitas 56  
**P**robationes 57. 58  
**P**rocrastinatio 432  
**P**rodigalitas 289  
 huius vitae 251  
**P**rofani eminenter dicti 117  
**P**rotensio attentionis 221  
**P**rudentia 103. 225  
 pia 103  
**P**ruritus demonstrandi theologicus 59  
**P**udicitia 273  
**P**udor pietatis 121. 122  
**P**uritas religionis 100  
**P**urista 383  
**P**usillanimitas 83  
**P**yrrhonismus theologicus 61
- Q**uiies significatu moralis 281  
**R**atio 42. 51. 182  
 Rationalismus 52  
 Rebellio contra deum 91  
 Recipere ex alicuius manu 79  
 Recreaciones 290. 293  
 Reddere se alteri necessarium 381  
 Refutatio errorum theologicorum 128  
 Regimen in corpus 200  
 Regula exceptionis 24  
 Religio 11. 29. 42. 100. 102.  
 126. 342. 367  
 exterior, politica 115.  
 116. 142  
 interna 22. 118. 120  
 naturalis 28. 29  
 supernaturalis 28  
**R**eligiositas significatu bono et malo 149  
 Remedia mitiora 324  
 Reputatio vitae antea 160  
 Res externae 276  
 - pretiose 285  
 Reseruaciones mentales 345  
 Reseruatus 339. 342  
 Resignatio in alterius voluntatem 80  
 in alterius voluntatem totalis 80  
**R**efi-

# INDEX.

- R**esipiscentia intima 428  
 partialis 428, 429.  
 440  
**R**esipiscentia superficia-  
 ria 428  
 totalis 428  
**R**erentus 339, 342  
**R**euerentia 88  
**R**imosus 339, 340, 350  
**R**itus 140
- S.**
- S**acrificium III  
 Salacitas 274  
**S**anitas 253, 255, 461, 462  
 systematis neruei  
 258  
**S**anguinolentia 334  
**S**apientia 103  
**S**apor delicatus 266  
**S**atisfactio ex dei operi-  
 bus 73  
**S**candalositas 134  
**S**candalum 109, 134, 135.  
 142  
 acceptum et datum  
 134, 136  
**S**cepticismus theologi-  
 cus 61  
**S**cepticus 61  
**S**cientia 55, 57, 180, 185,  
 224, 373, 408  
 Subiective spectata  
 224  
**S**cortatio 275  
**S**cripta aedificantia 112,  
 113  
**S**crupulus 448
- eum soluere 448  
**S**ecreta 340  
**S**ecurus bestialis et ratio-  
 nalis 438  
**S**eductio 134  
**S**emper agens 269  
**S**emper-hilaris 191, 229  
**S**enectus 451, 459, 466  
**S**ensus 203, 204  
**S**ermo moraliter falsus  
 343  
**S**eruitus moralis 248  
**S**eruuus affectuum 245  
 dei 104  
 securus 438  
**S**ignum amoris artificia-  
 le 335  
 affectatum 336  
 naturale affectato  
 oppositum 336  
 ambiguum 144  
 amphibolicum 144  
 essentiale 143  
 religionis internae  
 120  
**S**implex 102, 103  
**S**implicitas pia 102, 108  
**S**imulator 346  
**S**incerus 339, 340, 346  
**S**obrietas 260, 261  
**S**ocialitas 390  
**S**ocinianismus 38  
**S**ocordia 229  
**S**olers 269  
**S**olipismus moralis 195.  
 361  
**S**omnium 206  
 morale 159, 161
- Y** 3      **S**omno-

# INDEX.

- Somnolentia in pietate** 107  
**Somnum** 268. 271  
**Sordities** 288  
**Sophisticationes theologicae** 37. 128  
**Speculatio** 70  
**Spectator vniuersi** 396-  
**Spinofismus** 38  
**Spiritus causticus** 363  
 contradictionis 386  
 destructionis 398  
 persequeutionis 369  
 crassior et subtilior 369  
**Status anxietatis** 445  
 bestialitatis, brutalitatis, animalitatis 434-435  
 bonorum motuum 437. 440  
 confirmationis 445  
 contemtus 481. 482.  
 490  
 conuictionis 445,  
 449  
 corruptionis 401  
 duritie 437  
 honoris 481. 482. 485  
 489  
 indurationis 437  
 integritatis 401  
 lapsus, deterioratio-  
 nis, descensus 427  
 lucis 443. 444  
 morales 164-166  
**neglectionis** 481.  
**nihil agentis** 489  
**Status praedominii** vo-  
 luptatis 229  
 peccati 401. 402  
**persuasionis bonaे** 449  
**plerophorias** 445  
**rationalitatis, hu-**  
 manitatis 434  
**relapsus** 427  
**Resipiscientiae, ad-**  
 scensus, meliora-  
 tionis, correctio-  
 nis, restitutionis 427  
**securitatis** 437  
**feruitutis** 437. 440  
**tenebrarum** 443.  
 444  
**tentationis** 445  
**totalis aequilibrii** 229  
**tranquillitatis** 445  
**Stoliditas impia** 108  
**Studioſus corticis tan-**  
 rum 406  
**Studium emendandi in-**  
 genium 403  
 emendationis 402  
 irenicum eminen-  
 ter dictum 368  
 minutiarum 196  
 paradoxi 385  
 placendi 299. 321.  
 342. 374  
 prima.

# INDEX.

- primarium 416, 418.  
                         419, 420  
 singularitatis 385  
**S**tupiditas impia 108  
 naturalis 209  
**S**cuprum 275  
 violentum 275  
 voluntarium 275  
**S**ubtilitates 218  
**S**umtuositas 297, 375  
**S**uperbia 388  
**S**uperfluum in signis 145  
**S**upersticio 105, 106  
**S**uspensio iudicii 220, 350  
                         353  
**S**uspicax 360  
**S**usurro 322  
 bilinguis 322  
**S**uum ethicum 316, 399  
 iuris naturae 316  
                         399  
**S**yncretismus 368  
     T.  
**T**acere 341  
 Taciturnitas 341  
**T**aedium 53, 226, 230-  
                         232, 234  
**T**emeritas 249  
**T**emperantia 249, 273  
**T**empus bene collocans  
                         271  
 fallit 270  
 nimis breue est 270  
 nimis longum est 270  
 nostrum significatu  
 morali 270  
**T**emulentia 260  
 Temulentia moralis 158  
**T**enacitas 288  
**T**enebrae 423  
 theologicae vinci-  
                         biles 48  
**T**eneritas amoris diuini  
                         80  
**T**entare 57  
**T**entatio dei 84-85  
 practica 446  
 theoretica 446  
**T**epor 107  
**T**estium dexteritas et  
 sinceritas de diuinis 64  
**T**heoriae theologicae  
                         70  
**T**heurgia 391  
**T**heurgus rationalis 392  
**T**imiditas 249  
**T**imor alterius 88  
 filialis 88  
 seruilis 89  
**T**olerantia 368  
**T**ranquillus 447  
     V.  
**V**anitas 296  
 Vanum in signis 145  
**V**enia 322  
**V**erecundia 273, 274  
**V**eritas moralis 149  
**V**eritates 112, 113, 127, 155  
 de diuinis theoreti-  
                         cae 70  
**V**ertigo moralis 158, 159  
**V**erträglichkeit 327  
**V**ictus 259, 297  
**V**igi-

## INDEX.

- Vigilans moraliter** 158.  
**Vigilantia moralis** 159.  
**Vigor corporis** 255. 461  
**Vincere se ipsum** 248  
**socordiam** 269  
**Vindicta** 322. 334  
**Virtus** 370. 373  
 externa 317. 372  
**Virtuosus** 433. 434. 442.  
 444. 450. 493. 494  
**Virtutes catharticae et**  
 purgatoriae 391. 392  
 diuiniae 391. 392  
 homileticae 378  
 erga scipium 151  
 theurgicae 391. 392  
**Vita commoda** 471. 475  
 corporis in collisio-  
 ne 251  
**incommoda** 478.  
 480  
**otiosa** 476. 477
- ejus periculum 251  
 eius satur 252  
 scandilosa 134  
**Vitalia signi exhibi-**  
**Vitosus** 433. 434. 442  
 rationalis 436  
**Vituperium** 293  
 vanum 295  
**Viuens sanitati conue-**  
 nienter 254  
**Viuere in diem** 97. 162  
 nosce 390  
**Vltio** 322  
**Unlauterkeit** 107  
**Volitio** 246  
**Voluntatem propriam**  
 sequi 86  
**Voluptas** 46. 69. 212. 228.  
 232. 234  
 apparenſ et crassa 290  
**Voracitas** 260  
**Urbanitas** 310

F I N I S.



54330<sup>s</sup>


AB: 54330

FG 965 dq



B.I.G.

Black



# E THICA PHILOSOPHICA

SCRIPSIT ACROAMATICE

ALEXANDER GOTTLIEB

BAVMGARTEN

PROFESSOR PHILOSOPHIAE.



EDITIO TERTIA.

HALAE MAGDEBURGICAE.

IMPENSIS CARL. HERM. HEMMERDE.

1763.